



Exercitatio philologico-theologica de consensu Mohammedanismi et Judaismi

<https://hdl.handle.net/1874/347632>

2

EXERCITATIO
PHILOLOGICO-THEOLOGICA
DE
CONSENSU MOHAMMEDANISMI
ET JUDAISM.

Q U A M,

Adspirante Triuno Deo,

S U B P RÆSIDIO

C E L E B E R R I M I V I R I ,

M E L C H I O R I S L E Y D E K K E R I ,

S . S . Theologæ Doctoris, ejusdemque facultatis in Academia Rheno-Trajectina Professoris Ordinarii.

Publica omnium censura exponit

A D R I A N U S R E E L A N D . R I P A - B A T . A U C T O R .

A . D . 29 MAJI, horis locoq. solitis ante meridiem.



T R A J E C T I ad R H E N U M .

Ex Officinâ F R A N C I S C I H A L M A , Academiæ
Typographi clo. Ioc xcvi.

EXERCITATIO
PHILOLOGICO-THIODOGICA
CONSENSU MOHAMMEDANISMI
ET IUDAISM

Abbas Tintor
Clementini Veneri
Mechioris Tenuore
Es Theologis Doctorum, quae continentur in Actis
Ripio - Tregianus - Praelatius - Orelliani
Adrianus Etellus - Ritter - Auctior



TABECCI ET KERNOW

Ex Officio Tabernacoli et Hainci Academici
Typographi et Speculari

CELEBERRIMIS.
VENERANDÆ.
FACULTATIS. THEOLOGICÆ.
IN.
ACADEMIA. RHENO-TRAJECTINA.
QUATUORVIRIS.

PETRO. VAN. MASTRICHT. A. L. M.
MELCHIORI. LEYDEKKERO.
HERMANNO. WITSIO. V. D. M.
HERMANNO. VAN. HALEN. V. D. M.

ET.
CLARISSIMO. VIRO.

JOHANNI. GEORGIO. GRAEVIO. A. L. M.

ILLIS.

DIVINÆ SAPIENTIÆ.

ANTISTITIBUS.

VERITATIS. ORTHODOXÆ.

VINDICIBUS. ACERRIMIS.

PIETATIS. ERUDITIONIS. ET. COMITATIS.

DECORE.

ORNATISSIMIS.

HUIC.

POLITICES. HISTORIARUM. ET.

ELOQUENTIÆ IBIDEM. PROFESSORI.

LITERATISSIMO. DIGNISSIMO.

HOC. DEBITÆ. QUALE CUNQUE.

SIGNUM. OBSERVANTIÆ.

OFFERO.

ADRIANUS REELAND.

A U C T O R.

POROLEGO MENEZA

D E

CONSENSU MOHAMMEDANISMI CUM JUDAISMO GENERALIA.

THEISIS I.

I.



Arvam Mohammedanisimo detrahere & pef- Institutum
simæ doctrinæ Origines indagare, adspirante hujs ex-
Deo Ter Opt. Max. aggredimur. Scilicet, non ex-
delapsam esse cœlitus hanc insaniam, sed e
spurcissimis Judæorum lacunis oriundam, no-
voque, ut Orbi placeret, induitam habitu, de-
monstrabimus. Etenim tam belle conveniunt
utriusque gentis deliria, ut, quibusdam exce-
ptis, Mohammedicam fidem, recoclam Judaismi cramben, verissime
appelles. Suos atque heic doctores videbunt Muslimanni, nu-
givendulos Talmudistas, quorum placitis credulas sequacium
ares mentesque pavit Pseudopropheta Mohammed. Judæi socios
heic agnoscent suos, & earundem, queis Rabbini turgent, deli-
ciarum participes. Quæ priusquam speciatim excutiamus, non-
nulla de origine, scopo, & ratione hujus consensus præmittemus.

II.

Ut vero distinctius Originem consensus Mohammedanisimum in-
ter & Judaismum ostendamus, notandum est, Mohammedem nun-
quam scriptis Judæorum, sive Talmudicis sive aliis, operam dedisse.
Erat enim, uti se ipse appellat SURAT. VII. 158. 159. ﴿بِسْمِ﴾

II.

Origo
consensus
hausta ab
Abdalla.

الله، Propheta illiteratus, qui ne vernaculae quidem lingua
lectione imbutum se fatetur, multo minus Judaicæ. Unde evi-
dens est, non ex lectis Hebræorum voluminibus, sed aliunde hau-
riendam esse hujus consensus occasionem. Nimurum, constat fa-
miliariter usum esse Mohammedem nonnullis Judæis, maxime
Abdalla Ebn Salon, homine vaferrimo, & hinc, prout pares cum
paribus facilime congregantur, intimæ admissionis amico. Hic
reconditioni doctrina Prophetam illiteratum instruxit, geniumque
fidei Judaicæ, admixtasque Rabbinorum fabellas edocuit. Juvit

A 3

non

non parum Mohammedis institutum, hunc *Abdallam Pharisaeum* fuisse, & juxta morem Sectæ πλευταρχεών traditionibus additum. Id colligi videtur ex eo, quod Cabalisticis Talmudistarum nugis magnam Corani partem repleverit Impostor, & eos, qui resurrectionem mortuorum negant, fervidissimo zelo passim oppugnaverit, quæ duo certissima *Pharisaismi* κειτέλα sunt. Hujus operam in cuncta nova religione solers adhibuit Mohammed; nec tantum ei narrasse *Abdallam* hæc & illa crediderim, sed & plurimas sua manu *Suratas* scripsisse; adeo ubique stylus & phrasæ Rabbinicæ eluent, ut auctorem Judæum fuisse vix dubitare queamus. Ipse autem Mohammed scriptoris ignarus erat, & scripta nihilominus Capita populo exhibebat, ut cœlitus delapsa viderentur, verius e cerebro Judæi prognata.

III.

Aliisque Judæis, qui in Arabia erant. Nec solum *Abdalla*, verum etiam alii *Judæi* occasionem dare Mohammedi potuerunt, doctrinam, ritus, & commenta Rabbinica cognoscendi, ut hinc pulcherrimus ille oriretur consensus. Hebreos enim post dispersionem δεκάφυλον & captivitatem Babyloniam quaquaversum diffusos quis ignorat? In *Ægypto* fuisse docet *Jerem. c. XLIX.* & in eorum usum concinnata Versio LXX Interpretum. Dein temporibus Maccabœorum sponte multi ex Judæa, nimis pressi angustiis, migrarunt, quod fieri potuisse exemplo *Ruth* nos Scriptura docet. Tum bello a Romanis, duce *Pompejo* devicti, & sub imperio *Titi* urbe eversa, sedes mutare coacti, finibus Judææ (*qua*, dicente Tacito, *Arabia terminatur*) egressi vicinas regiones incoluerunt. *Arabiæ* in primis, quæ gentium variarum colluvies erat, & omnium sectarum receptaculum. Hinc tot in Arabia populi: quod videtur innuere Poëta Geographus

Dionys.
Perieget.
v. 960.

Τόσα μὲν Ἀράβην τελεστα φύλα νέμονται.

"Ἄλλα δέ τοι οὐ τλεῖται τοῦ γάρ εἰ μεγίστη.

Tot quidam *Arabiæ* magna gentes inhabitant, alia vero insuper plurimæ, circumquaque enim maxima est. Certe ibi Hebreos fuisse ante vastatam urbem, docemur, *Act. c. XI. 11.* ubi dicuntur Hierosolymam ascendisse Κρῆτες ή Α' ἐγγε. Philostorgius Lib. IIII. Hist. Eccles. p. 477. de Sabeis & Arabibus locutus, subjicit εἰλιγον τλεῖται ή Ιεδαιῶν αὐτοῖς ἀναπέφεγαι. Et sua ætate Mohammed Judæis Medinenibus adfuit, eosque jejunantes conspexit, quin & *Mecca* in officina fabri gladiorum duo fuere servi, qui Pen-

Pentateuchum & Evangelia ipsi prælegerunt, testante *Zamachscha-Hinkel.*
 ria: & expugnata Urbe Judæos expulit; unde liquido apparet plu-
 rimos in Arabia Judæos fuisse, qui occasionem ipsi dederint con-
 sensum sue μαρτυρογένεως cum Judaica stabiliendi. His accedit,
 quod iter in Syriam & Ægyptum suscepisse dicatur, variosque Ju-
 dæos de religione consuluerit, illos in primis, qui vetricibus ar-
 mis occubuere; quod ritus eorum ἀντιψίᾳ observaverit, ut in rem
 suam transferret. Quæ omnia satis ostendunt, unde nugas Judai-
 cas haurerit Mohammed.

IV.

At, cui bono commenta Judaica transumis? Nimirum hæc Quare
 videtur genuina ratio. Novam religionem condere in animo ha-
 bebat Mohammed: id fieri non poterat, nisi nova & speciosa or-
 bi dogmata obtruderentur. Unde vero hauriret nugas a Judæis? Ipse
 enim licet callido prædictus ingenio, propheta tamen illiteratus &
 plane rudis, etiam si cerebrum sibi excusisset, excogitare talia non
 potuisset, quæ ulla specie orbis se commendarent, & una cum impe-
 rio per tot annos confirmarentur. Hinc a Judæis, qui tantum non
 excisi erant, plurima mutuari consultum duxit, quæ, ritibus qui-
 busdam Gentilitiis admixta, pulchella huic mixtura suas dedere ori-
 gines. Porro ut imperitos falleret, & antiquas se Scripturas con-
 firmare gloriari posset (quod fecit S U R A T. I I . vers. 38. 85. 95.
 v. 52. VI. 92. x. 38. xxxv. 28. & alibi) ac Christianis, quasi
 a fide majorum recedentibus, validius se opponeret, Judaica com-
 menta suis propinavit, ut & eadem, qua solent Judæi, methodo
 doctrinam suam contra Christianos tuerentur. Non desunt qui
 consensum hunc a Mohammedi institutum affirment, ut Judæos
 facilius in suam sententiam adduceret, servatis eorum fabellis. Sed
 non tam amico erga Judæos animo erat Imposter, ut in eorum
 gratiam id fecisse censeri queat. Certe si alio modo condere &
 exornare suam Λιβυδιολογίαν potuisset, ad alliciendos Judæos
 Rabbinica commenta non adoptasset.

V.

Circa modum, quo Judaicas nugas ad se derivavit Mohammed, Multa a
 obserandum est, multa in religione Mohammedica esse a Judæis. Judæis de-
 desumpta, quorum tamen consensus non ita clare elucet. Talia secu-
 turis pagellis plurima se offrerent. Ratio manifesta est. Ipse enim
 Mohammed desumpta a Judæis placita, multum addendo & detra-
 hendo.

vit, ne a Judæis desumta viderentur.

hendo immutante quantum immutavit, ne Judæi doctrinæ auctores agnoscerentur. Exemplo sit illud, quod dixisse eum retulit Kaswinus, quando, Judæorum more, die decimo mensis *jejunium* indixisset, sc. si per annum viveret, mutaturum esse diem decimum in nonum, ne id a Judæis haussisse videretur. Paria vide apud *Po-cock. Not. misc. ad Port. Mos. p. 369.* Accedit quod magna Scriptorum pars, quibus usus est *Abdalla*, & quorum doctrinam cum Mohammedem communicavit, periisse censenda sit. Unde fieri potuit, ut Mohammed multa a Judæis mutuatus sit, quæ in eorum, qui hodie supersunt, *Rabbinorum* libris non ita promtum est ostendere. Vestigia nihilominus supersunt, quæ si inter se conferantur, lucem commentis Mohammedicis foenerari queunt. Non tamen potuit teste adeo Judaicas fabellas transsumere Mohammed, quin id sua ætate perspexerint prudentiores. Unde fatetur *SURAT. VI. 25. VIII. 31. XVI. 26. XXV. 5. 6. XXVII. 70.* & alibi, obiectum id sibi fuisse, quod Alcoranus nil nisi fraudes & mendacia

اساطير الاردين & fabellas antiquas interpolatas contineat.

VI.

V.I. Multa quoque a Judæis desumta videntur, nec tamen sunt. Sed, quemadmodum multa in Mohammedanorum sacris sunt, quæ revera cum Judæis consentiunt, attamen obscure tantum consentire videntur, quorum itaque fontes indagandi sunt; ita e contrario multa observant Mohammedani, quæ Judaismo deberi quisputet, non tamen ab iis derivanda. Consideremus *Circumcisōrem*. Quis non hanc a Judæis ad Mohammedanos transuisse existimet? At qui mores veterum Arabum accuratius inspexit, illis videbit in usu fuisse ante Mohammedem, longo saeclorum intervallo. *Flav. Jof. Antiq. l. i. c. 12.* Ipse *Josephus* Ἀράβες μὲν ἐτόποι τελοναιδέκατον πεντε-

μηνῶν αὐτοῖς appellantur. Observavitidem *Warnerus* in M. S. quo *Bibliotheca Leydensis* gaudet, de rudioribus saeculis Arabum, citatus *Celeb. Spanhemio Introd. ad Histor. Eccl. Tom. II. p. 606.* vide & *Pocockii Specimen Hist. Arab. pag. 319.* Pari modo se res habet in *Sacrificiis*. Licet enim Judæi sacrificiis Deum coluerint, uti notum, itidemque Mohammedani sacrificia adhibeant, uti appetet ex *SURATA Corani xxii. Gabr. Sionita, Georgievitz*, aliisque qui eorum ritus tradidere, non tamen hæc a Judæis desumisse Mohammedem crediderim, quia in *Saracenismo* Vteri

PHILOLOGICO-THEOLOGICA.

9

teri sacrificiorum usus fuit, quemadmodum observavit ex Firau-sabadio & Sharestanio Cel. Pocok. in Not. ad spec. Hist. Arab. pag. 100.

VII.

Cæterum spectabimus heic MOHAMMEDANIS MUM, non palliatum argutiis Philosophicis & Theologicis, prout hodie in Africanis Academiis & alibi docetur, sed integrum, purumque, & in naturali, quod ajunt, statu, quemadmodum a Mohammrede in *Alcorano* constitutus est & praxi sequacium confirmatus. Id enim videmus ordinario fieri, barbaras religiones, si in moratiora saecula vel humaniores gentes incident, specioso habitu vestiri, ut genio temporum convenire possint. Hoc Gentilismo accidit, saeculo post Ιεροφανιαν ΙΙΙ. & ΙV. mirum in modum ab istius temporis Philosophis palliato, ut Christianorum Patrum iustus sustinere posset. Idem hodie Mohammedanismo obtigit, qui a simplicitate *Corani* & primum instituti cultus dudum recessit. Nostrum est integros accedere fontes. Nec tamen rigidi adeo *Alcorano* adhærcimus, ut non divertere aliquando ad posteriorum Musulmannorum explicationes liceat, unde illa, quæ obscurius ibi dicuntur, dilucide hauriamus.

VIII.

JUDAISMUS quoque nobis considerabitur, antiquus ille, qui Rabbinorum vestigiis insitit. Eum sane heic spectare oportet, e quo sua transtulit Mohammed: ille autem sui saeculi Judæos fecutus est. Hinc in explicatione *Consensus*, vetustissimos adhibemus auctores, R. Eliezerem in *Pirke*, auctorem *Targum Hierosolymitanum*, similesq. qui ipsius Mohammedis etatem antevertunt, & convenientiam Mohammedismi cum Judaismo apertissime ponunt ante oculos. Nam hodierni verpuli, maxime dum permixti sunt moderatioribus gentibus, a fide majorum recedentes, novam sibi fabricarunt & philosophicam magis religionem, quæ exornata plane & palliata, ad fanam rationem proprius accedit. Hic labor fuit Magni Maimonida, qui primus inter Judæos *nugari* desit, sed quia nugari desit, desit vere Judæus esse, talis nimirum qui placitis *Rabbinorum* insitit. Verissime enim Poëta,

Qualiacunque volunt Judæi somnia vendunt.

Id quoque animadvertit Abarbinel in not. ad *Pirke aboth*. שבקצת שרשיה לא הסכימו עמו שאר החכמים quod in quibusdam ejus

B

ejus fundamentis cum ea non consentiant reliqui sapientes. Et quantas turbas dederit notissimus ejus liber Moreb Nevochim, ex Buxtorf. Epist. pag 396. & literis R. Jehuda ad R. Davidem Kimchium datis cognoscere licet, quæ ibid. pag. 404. exhibentur. Videbatur enim iis Philosophia & peregrinarum disciplinarum fundamenta secessus.

S E C T I O I.

Speciatim in ARTICULIS RELIGIONIS, & THEORIA Confusum ostendens.

T H E S I S I.

I.
Utraque religio herili imperio populum sibi subjecit.

Genius utriusque Religionis, Judaicæ & Mohammedanæ, generatim si consideres, insigni parallelismo conspicuus est. Commune enim utrobique Arcanum, commune consilium, ut neglecta & quantum poterit, remota accuratiori Religionis *indagine*, in *cultu magis & praxi operum* rudis popellus detineatur. Ita enim ad arbitrium Præsidum cerca plebs flectitur, ut nova moliri nec velit nec possit. Qui Turcarum mores vel a limine salutavit, magnum illud Regni & Doctrinæ Mohammedicæ fulcrum haud ignorat, de Religione non disputandum, Fidem vero habendam esse traditionibus Alcoranicis, ejusque interpretibus, Maximo præsertim

مفتی, Mufti, qui in regimine Ecclesiastico Papam repræsentat, & Mohammedis apud suos auctoritatem tuetur. Adeo hic ad *cæcam obedientiam* omnia sine prævio examine diriguntur. Dixisse fertur Mohammed, dum vitali adhuc frucribatur aura;

من اطاعني فقد طاع الله ومن عصاني فقد عصي الله
Qui obedit mihi, Deo obedit: qui adversatur mihi, Deo adversatur. Superba vox! sed an ovum ovo similius, quam illa Rabbinorum effatis, in notis ex **בעל הטרום** collectis **החולק על השכינה והמאמין ברבורי חכמים** **על רבו כחולק על השכינה והמאמין ברבורי חכמים** *Qui dissentit a doctore suo perinde est ac si dissentiret a Deo.* At qui credit verbis Sapientum est ac si crederet Deo. Quibus consonat dictum Ribbi Eleazaris fil. Schamus, **יוזי מורה רבך נמורא שמיך** *Sit timor doctoris tui, ut timor*

כָּלֹרֻם. (id est Dei, nimurum קְרָאָו לְהַקְ'בָּה שְׁמֵם לְפִי Elia Thisbⁱ שֶׁהָם מִכּוֹן שְׁבָתוֹ vocant Deum cælos, quia ipsius sedes sunt) pag. 251.
 scilicet, id intendunt חֲנִיכִים ut ab iis tanquam oraculo divino
עַם אֹזֶן, populus terra, plebs Judaica, dependeat. Quin postulant
 illi qui cathedram Mosis sibi vendicant, qui se jactant
עַדְיִפְתָּחָה Præstantiores Prophetis, & clamitant מִנְבָּרִים
צְדָקָה חֲנִיכִים מִרְבָּרִים נְבוֹאִים verba Scribarum amabiliora esse
 verbis Prophetarum, fidem sibi adhiberi, etiamsi dextram simi-
 fliram esse pronunciarent. Præterea non inquirendum est in do-
 gmati religionis, nec supputandas sunt tempora; extirpanda תְּנִכָּת
 nebras ignorancie dissiparent, ad Talmud relegantur, caliginosam
 adeo, testibus ipsis Iudeis, ut textum Thren. 11. 6. in tene-
 brosis locis collocat me, eo applicent. Huic sedulo incumben-
 dum esse monent, quia a theoria ad praxim dicit, uti dicit R. Schem
 Tof in כָּובֵחַ הַזָּהָב. Hinc nata tot elogia legis Oralis, que in
 scriptis Philologorum nuspiam non obvia sunt.

II.

Unde facile colligas Religionem Iudaicam, cum fundata sit II.
 quoad maximam partem in Talmude, quod multa facienda, pauca
 scienda (nisi fabellas) continet, fere totam praxi observandorum
 rituum absolvi. Clariora hæc evident, si ad xii articulos, quam co-
 quibus absolvitur fidei Iudaicæ confessio, prout a Maimonide in
 Catechismo Iudaico, recensentur, attendamus. Si enim articulum I. de existentia Dei. II. De Uni-
 tate ejus. III. De Spiritualitate. IV. Aeternitate. V. Cultu de-
 bito, qui lumine naturali innescunt, adeoque fidei proprie non
 sunt, removemus. X. denique & XI, qui docent actiones ho-
 minum a Deo cognosci; eumque bonis praemia, malis poenam
 retributur, eodem loco centeamus, non nisi paucula creden-
 da relinquimus. At observandorum rituum & agendorum ope-
 rum numeris est innriterus. Nota sunt 365. præcepta negati-
 va juxta dierum solarium cursus annuos, & 248. affirmativa, quæ
 multitudinem membrorum hominis adæquare dicuntur, quibus
 sua adjecunt, per totum Talmud dispersa, Gemaristæ, opero-
 si quidem illi in commendandis jejuniis, precibus, elemosynis,
 iotationibus que, at de dogmatibus religionis parum solliciti. Qua-
 re non male religionem suam בְּכוֹדָה cultum, sive servitutem (Mo-

(Mohammedani quoque عمارۃ appellarunt.) Pari modo Muslmanni Theoriam removent, suamque μαθησιλογίαν in præxīn resolvunt. Si Abilfaragii veltigiis insistas, hæc V. capita Legis Islamiticae fundamenta sunt. *Munditiae cura, preces, elemosyna, jejunia, peregrinationes religiosæ.* Ebnol Amid, qui vulgo Elmacinus audit, fidem Unius Dei, & aversationem sūta adjungit. Quis non videt practica hæc esse omnia, si credendam Dei Unitatem excipiat? Et hos præ reliquis piis censerit, qui Meccam frequentius adeunt, lōtionibus & jejuniis accuratius attendunt, experientia testatur. Mohammed ipse suis id inculcabit, ut bonis, scilicet, operibus vacarent, & modo in Dei Unitatem & diem novissimum credant, n̄ ilis timendum fore. Huc mihi videtur collineare SURAT. XLIX, vers. 14.

أَمْنَا قُلْ لِمَ ذُوْمَنَا وَإِنْ قُرْلُوا اسْلَامَنَا وَلِمَا يَنْخُلُ
الْأَيْمَنْ فَيَ قُلْ بِدِيمَ وَنْ دَطْبِعُوا اللَّهُ وَرَسُولُهُ
لَا يَلْهِكُمْ مِنْ أَهْمَالِكُمْ شَيْءًا إِنَّ اللَّهَ غَفُورٌ

رحيم Dicunt Arabes nonnulli. Credimus. Dic illis, ne creditis (id est, ne dicatis vos credere) sed dicite, religiose nos submittimus (Deo & Mohammedi) alias needum intravit fides in corde vestra. Sed si obediveritis Deo & Legato ejus, non defraudabitur vobis aliquid (ex mercede) operum vestrorum. Utique Deus est remittens & misericors. Quasi diceret: non sufficit credidisse, sed submittere vos debetis vox in Arabicō textu emphatica est, unde originem ducit vocab. Muslimanus) præceptis Mohammedis, non per fidem, sed bona opera, illorum enim merces non defraudabitur. Quare ἀπέκτασις est, quod de misericordia Dei subiungit, ubi enim μετόπε λογίζεται καὶ οὐαίμα, χάρει non obtinet Rom. i. v. 4. Sparsi quoque toto Alcorano flosculi inveniuntur de præmio & beatitudine illorum, qui bona opera faciunt, statim temporibus precantur, decimas solvunt, jejunant. Vide SURAT. II. 2. 3. 40. & millies alibi. Cæterum quod ad cognitionem & Theoriam religionis attinet, nihil fere nisi Unitatem Dei, suamque, quæ a Deo sit, missionem, commendat. Disputationes de rebus fidei omnes prohibet, & maxult

θρόνῳ quam λόγῳ congregati: si autem cum infidelibus sermones habendi sint, simpliciter omnes lites præcidit, & hoc yallo suam legem circumfēxit, ne excubibus adversariorum aditus pateret. Tradidit hanc methodum SURAT. 109. quæ integra hæc est.

قُلْ يَا أَيُّهَا الْكَافِرُونَ لَا أَعْبُدُ مَا تَعْبُدُونَ وَلَا أَنْتُمْ
عَابِدُونَ مَا أَعْبُدُ وَلَا إِذَا عَابَدْتُمْ مَا عَبَدْتُمْ وَلَا أَنْتُمْ
عَابِدُونَ مَا أَعْبُدُ لَكُمْ دِينُكُمْ وَلِيْ دِينِي

Dic. O infideles. Non colo quod vos colitis. Et vos non estis colentes, quod ego colo. Nec ego sum colens, quod vos colitis. Ne vos estis colentes, quod ego colo. Vobis est religio vestra, & mihi mea. Nec frustra hunc disputandi modum præcepit; primo enim & secundo versu illius Suratæ (uti solent Mohammedani phrasæ Alcoranicæ captare) usus est ille, quisquis sit, qui Timuro ^{Timuri} Hystor. respondit. Unde satis liquere opinor, quanto opere cognitionem fidei ^{P. 130.} removeant Judæi pariter & Mohammedani, & cæco ceremoniarum aut cultus religiosi exercitio plebem torqueant.

III.

PRINCIPIA FIDEI utrobique consentiunt. Mohammedanorum *Alcoranus* & *Suna*, Iudaorum & *המקרא* לשׁוֹנָה usu & sono conveniunt. In unoquoque consensum specialius ostendamus. Nomen القرآن, ALCORAN a فَرَّا legit & legendo docuit, ad imitationem Hebreæ vocis המקרא, uti rano.

& alterum vocabulum פְרִיקִים, Alfurcan a Judaicis sive sectionibus, in quas divisa sunt Biblia, significatione primaaria derivandum esse, nullus dubito. Quanvis noa negem, ab eo, quod inter bonum & malum distinguat, ita vocari posse, quemadmodum ab eademi radice dictus est فاروق, Omar, filius Chattabi, primus Imperator Muslimorum, quod inter fas & nefas distingueret. Deinde sicuti Iudaorum S. Scriptura in סדרים sive ordines dividitur, ita & *Alcoranus* in سورات, suratæ, quas a Rabbin. שורה, quod seriem & ordinem notat, Golius, in Lexico derivat. Singulis quoque Suratæ peculiare nomen inditum est, vel a vocibus in fronte obviis, vel singulari, circa quam verfan-

erintur,

14 EXERCITATIO

tur, materia, desumtum, uti & in Hebræorum Pentateucho. Li-

teræ porro mysticæ, in Suratarum quarundam initiiis occurrentes

e. g. جس الم كجه معن، in quibus explicandis frustra su-
dant Philologi, nil aliud ostendunt, quam Cabballistarum imi-
tamina. Denique solentis illa, Capitulis Alcorani præfixa, for-
mula, quam technice اليمدة، Albismilla vocant، جسم

الله الرحمن الرحيم In nomine Dei miseratoris miseri-
cordis, non nisi a Judæorum more, libris suis
בשם יי אל מלך vel simile quid præfigentium, videtur manasse.

IV.

Præter Coranum habent Musulmanni سُنَّة، SUNAM,
De Suna & Misna. Legem secundariam, quæ dicta & facta Mohammedis compre-
hendit: re ipsa & sono nil aliud, quam Judæorum תורה & משנה
תורה, שביע ליה, Legem oralem. Continet enim omnia quæ Propheta præcepit & vetuit, de quibus non locutus est in Alcorano. Ita
& Iudæi suas habent δευτερωσίας، in varios סדרים
& מסכחות, Ordines & Tractatus (uti Suna per titulos dividi-
tur) distinctas. Quanti Talmud a Iudæis fiat, ex eorum testi-
moniis, quæ collegerunt Buxtorfi, Voisin, aliisque, satis appareat.
Sunam maximo in honore esse apud Mohammedanos ex eo pa-
tet, quod communi epitheto أهل السنّة Populus Sunæ, gau-
deant vocari. Prævalent nimirum hodie illi, qui Sunam sequun-
tur, uti in Iudaismo Rabbanitæ primas tenent. Quemadmodum
enim apud Iudeos duplex fuit secta, Pharisaorum, qui πατερα-
γεδίτοις traditionibus Rabbinorum adhærebant, & Sadduceorum,
qui Solam Scripturam S. amplectebantur (quibus hac parte re-
spondent hodierni Rabbanitæ & Karæi) ita apud Mohammeda-
nos sunt Sunite, qui Sunam admittunt, & Alcoranistæ, qui soli
innituntur Alcorano. Sunitarum vocabulo fere respondet nomen
doctorum Misnicorum חנאים.

V.

De Superstitione circa externum S. Scripturarum corticem Ju-
dæos quoque imitantur Mohammedani. Quanta reverentia circa
ca externa volumen Legis, quod מקדש יהוה, Santuarium Dei appellant,
pertinet Iudæi, ita ut ei insidere, vel impuris illud attingere ma-
dicem.

nibus

nibus piaculum sit, quis ignorat, qui Synagogæ Judaicæ ritus vel ex testimonio Scriptorum vel ḥuṭabā, observavit? Quam sollicitate in lectione Bibliorum & scriptione occupantur, ita ut os obturent iis, qui ex Iudaeorum incuria corruptam S. Scripturam existimant? Si vero Liber legis vetustate dētritus, aut in manu alienigenæ inventus sit, occultari eum jubent Rabbini; at qualis est illa occultatio? illam exponit Maimon. in Sepher Thorah Cap. x. 3.

סְפִר תּוֹרַה שְׁבֵלָה אוֹ שְׁנָפֶל נָתַנְנוּ אֹתוֹ בְּכָל חֲרֵשׁ וּקְוֹבֵרֵין אֹתוֹ אֶל תְּלִמְדֵי הַכְּמִים וּוּגְנִזְחוּ *Liber legis, vetustate corruptus aut profanus redditus, vasi vitreo imponitur & sepelitur apud discipulos sapientum; atque hæc est occultatio ejus.* Quomodo vero profanus redditur? nempe **נִכְזָא בֵּיד נִכְרֵי**, *inventus in manu alienigenæ vel פִּין גִּנוֹן inventus in manu heretici, occultetur. Preceptum Rabbinorum est האוחז ס"ת עֲרוֹם נִקְרֵב עֲרוֹם* *qui Librum legis apprehendit nudum (i. est. exteriori involucro nudatum) nudus sepeliendus est. Nec licet coram libro Legis se denudare, aut locis eum impuris, balneo, cemiterio aut similibus inferre. Parsuperstitione Mohainmedani suum prosequuntur Alcoranum. Solent enim illi, ne quis imprudens illotis eum manibus contredet, externo nonnunquam involucro hanc inscribere cantalam*

لَا جَنْسَهُ عَلَى الْمَطَافِ ne tangat illum nisi lustratus. Supra omnes hunc creaturas extollunt, & plerique post obitum Mohammedis controversiae de solo Alcorano, an creatus sit nec ne, agitatæ sunt; uti ex *Abilfaragio* liquet, tanto nonnunquam fervore, ut in cædes & bella eruperint. Qua reverentia hodie circa Coranum ferantur Muslimanni, & notatum manu heretici Librum igne purificant, narrabunt *Epenius* in *Not. ad Surat. Josephi, & Hottinger. Hist. Orient. L. 11. c. 5.* Porro quemadmodum Judæi in Commentariis, scriptisque forensibus phrasæ Biblicas ad ornatum styli venantur, ita & Mohammedani sententias in Alcorano rhythmice finientes, quæ ad nauseam usque recurrent, scriptis suis infarciunt. Sic ut vere dixerit *Olaeddinus*, aut quisquis fuerit auctor Epistolæ ad *Tinsurum*

وَقَنْ دَمَنَا جَبْرِكَة قَاوِدَلَة وَقَدْ خَضَنَا جَفْعَنَلَة Timuri Histor. p. 130. *Sane natamus in piscina explicatio-*

num ejus, (Alcorani) & immersimur praestantiae prohibitionum
ejus & permissionum.

VI.

VI.
Trinitatem negant iisdem rationibus moti.

Circa objectum Fidei, DEUM (cujus nomina, vel attributa potius, ut Iudæi LXXII numerant, ita Muslimanni xcix, quæ videtur innuere Alcorani auctor SURAT. LIX. 25.) Mohammedani quid sentiant, partim priore Disputatione exposuimus. Agnoscant nimurum Unitatem Dei, & quasi hæc illam evertet, S. S. Trinitatem insificantur. Egregie tutos suo se SYMBOLO existimant, NON EST DEUS, NISI UNUS, quasi ad subruendum S. S. Trinitatis mysterium hæc sententia sufficeret. Mirabile dictu, quantum hic ad Iudæos accedant. Hi enim Trinitatem Personarum Divinarum, quam יְהוָה vocant & יְהוָה, unitati essentiæ opponunt, pari instituto negant. Laudant itaque Antitrinitarios, & Socinianos palam, quin & Servetum ipsum; quod fecerunt R. Isaac Bar Abraham in ח'וווק אַמּוֹנָה Pugione fidei & R. David Gans in צָמָה דָר, seu Chronologia Sacroprofana, & alii. Agnoscant autem Iudæi, dum Servetum laudant (qui, fatente Lubiniezki, rerum Polonicarum Scriptore, mel suum ab Africanis Mauris haustum Europæ intulit) Mohammedanos ab iis honorari, quibus sua debere Servetum Sociniani non negant. Eisdem quoque difficultates nostræ doctrinæ opponunt. Mohammedicas exposuimus priore nostra Exercitat. de Symbolo Mohamm. §. 26. & seqq. Judaicæ hæ sunt, quas cum illic Lector studiosus conferat. Tres Deos a nobis coli, quod Unitati divinæ repugnat: vide R. Isaac libr. citat. qui extat in Wagenzeil. tel. ign. Satan. Quod Deus non indigeat secunda persona, quæ supervacanea sit, vide Jud. Anon. apud Coccejum in confid. q. Judaic. c. 3. Generationem nullam esse sine actione corporæ, quod objicit R. D. Kimchi in הַסְּפָדוֹת ad Psalm. II. Quod Christus homo fuerit, adeoque non Deus, R. Isaac. ibid. p. 116. Quod Christus solum patrem verum Deum vocet, illumque jusserrit adorare ibid. Quod nostra fides repugnet doctrinæ Patriarcharum sub V. T. nec ex ea probari possit: vide R. Lipman carmen memoriale, ubi textus, ex quibus pro sua sententia Christiani subsidium petunt, ad Judaica dogmata contorquet.

VIII.

VII.
Symbolum Mohammedicum, quid aliud est quam Judaismi imitamen?

שם ישראל יהוה אלהינו ^{shem Yisrael Yehohu Eloheinu}
 tamén? Sane pericope Deut. 6.4. Audi Israel, Deus noster Deus Unus est, quam
 Arabs Erpenianus sic vertit <sup>lum Mo-
hamme-
danum
convenit
cum Ju-
deorum
Keriath
Sche-
mang.</sup>
اسمع يا اسرائيل الله ربنا, Symbolum Muslimorum ipso sono fere exprimit.
 Certe videtur ad illum textum respexisse auctor Alcorani,
 SURAT. XVI. 23. XXI. 108. XXII. 35. XL. 5. ubi hæc verba

الله واحد, *Deus vester Deus Unus est.* Usum quoque hodiernum illius *Symboli* & reverentiam, qua id prosequuntur, vidimus, ubi ex professo de *Symbolo Mohammedico* egimus; quæ repetere non lubet. Hic de *Judeorum* קריאת שם seu *perioda*, Deut. 6.4. nonnulla observabimus, ut clarior evadat inter hanc & Mohammedanorum Symbolum parallelismus. Bis singulis diebus legi *Keriath schemang*, juxta illud quod dictum est Deut. 6.7. & primo inter alia loco *quia de Unitate Dei agit*, phylacteriis inscribi, & in schedulis circumferri, notum est. Quanti illum astiment *Judei*, ostendit R. Lip. *Nizzach.* p. 82. art. *man*, חפסוק זהה שורש כל יסורי אמונהינו על ה'שׁ' ויה' ^{127.} *hic versus est radix omnium fundamentorum fidei nostra, quamde Deo profitemur.* Cui consentit R. Abraham in *Fasciculo Myrræ*, ^{Tseror Hammor.} celebri in Pentateuchum commentario. *המיהר שמו של הק"ב* ^{fol. 134. col. 2.} בוח הפסוק הוא כקורא כל התורה כולה ולכד החסמוניים לפि שמרוב הצרות והשמדות לא היו יכולם לעסוק בתורה היו מייחדים את השם בפסוק שמע ישראל שיש בו כ'ה *Qui Unitatem Dei profitetur in hoc versiculo, tantum facit ac si omnem omnino Legem pervolveret.* Et sub *Hasmonæis*, quia præ multitudine afflictionum & misericordiarum legi operam dare non poterant, in hoc versiculo, Audi Israel, Unitatem Dei celebrabant, qui 25 tantum literas comprehendit, & per virtutem hujus Unitatis de inimicis suis triumpharunt. Illud ipsum confirmat ulterius ibidem, ולפי שכוללה החורה כולה יש בה סוד היהוד ויסודות גדול' ולפי שראתה הח"ז או ר' דגלות וגודל הצרות עד שכמעט נשתכחח תורה שישראל

ישראל רצה לחת להם פרשה קטנה שדוב נפי התורה
תלוין בה באופן שאסח'ו חשתכח התורה מזרב הצרפת והשאלה
לهم פרשה קטנה של פרשת הירוד שיהו עוסקים בה ויהי
חשוב בהם כאלו עוסקים בכל התורה כולה. *Et quoniam hec
pericope perficit totam legem, & fundamentum est Unitatis divinae
ceterorumque articulorum fundamentalium, & quia Deus videbat
durationem captivitatis Israelitarum, & magnitudinem afflictio-
num, donec fere perdita esset Lex ex Israele, voluit illis dare para-
schem seu sectionem parvam, a qua maxima Legis substantia quoad
nexum dependeret, ut si oblivioni daretur Lex, (quod Deus cle-
menter avertat!) pre multitudine afflictionum, supereret adhuc iis
parva sectio sectionis, quae agit de Unitate Dei, ut ei incumbant,
adeo ut, qui studet in ea, similis sit ei, qui totam Legem pervol-
vit. Quæ satis ostendunt quanto in honore sit apud Judæos hæc
Keriath schemang. Ipsa Mischna in ברכות tractatu de benedictionibus, his verbis aperitur (liceat hic epitheton prime
in Corano Suratæ adumbrare, quam فاقعۃ aperientem pro-
prie vocant) quæ statim hujus periochæ legenda mentionem injiciunt, **כאמתו קוין את ק"ש בשורה**, *Quando legunt Le-
ctionem, Audi Israhel; matutino tempore?* Hoc est primum Iu-
daïsimus ζεχαιον. Unde & R. Jochanan fil. Zechai, Eliezerem
ignotum sibi hominem conspiciens, mox rogavit **כבר לא למכה שבע**
קריאת שבע, *Nunquamne didicisti Keriath schemang? Nemo*
non novit **י** in **ע** & **ד** in **שׁ** **אחד** in Deut. 6. 4 majusculis ex-
pressa literis legi: itaque in lectione hujus pericopes solent ibi for-
num protrahere & in litera **נ** ad quatuor mundi plagas se con-
vertere. Qua occasione non possum quin memorem Historiam
R. Akiba, ad quem accessisse Romani dicuntur, sed occupatum
in recitatione Keriath Schemang invenisse, quem cum interficerent,
dicitur *anima ejus egressa in unus*, **אחד**, *Unus*, in Deut. cap. vi. 4
donec exiret anima ejus cum voce *Unus*, unde paulo post dicitur
יצחה בת קול ואמרה לו אשריך ר' עקיבא שיצחה נפשך באחד
*Egressa est filia vocis dixit qui illi: Beatus R. Akiba, quod ani-
ma tua egressa sit in unus.* Qui plura desiderat, Gamaristas*

con-

consulat, tractat. נרכות Fagium in not. ad Pirke aboth. C. I. p. 38.
& Wagenseil. Sotap. 413. 414. & seqq.

VIII.

Quamvis autem rem ipsam in Trinitate negent, Iudæi & Mohammedani, voces nihilominus, quæ ad explicationem maximi hujus Mysterii pertinent, licet in alium sensum contortas, retinuerunt. Iudæi habent Chaldaicum, מיר Verbū, quod licet a Paraphraſte aliisque ſerioribus Hebrais pro Dei verbo, ejusque voluntate, nonnunquam usurpetur, revera tamen auguſtiorē ſenſum habuisse admodum credibile eſt. Verum illa emphasis vocabuli varie offuſcata, a Joanne demum c. I. 1. in voce ἀργοτελεῖται videtur. Mohammed quoque Christum vocat ﷺ

سُرَاتِ, SURAT. IV. 169. & alibi ﷺ, Messiam, juxta Hebr. משיח, vim tamen & ἐνέγκειν vocis plane ignorans. Eidem forti obnoxium eſt nomen שכינה, quod an ſecundam an tertiam Divinitatis personam præcife notet, non diſputo. Hodie apud Iudæos ſpecialem Dei & divinæ gloriae præſentiam & quaſi inhabitationem deſignat: uti & apud Mohammedem, qui SURAT.

I. 249. hanc vocem ﷺ in ſua caſtra recepit. Tertia certe perſona appellatur nomine רוח הקודש & רוח אלhim, plurimis Veteris Instrumenti locis. Iudæi vim vocis ignorantes nil niſi vocabulum retinent, & per Spiritum Sanctum, virtutem vel operationem, vel Angelum, aut donum prophetiae intelligunt, & inter gradus prophetiae duos inſimos nomine רוח הקודש, Spiritus S. inſigniunt, uti videre eſt apud Maimonidem in Moreb Nev. L. I. c. 43. qui hos gradus a prophetia ſtricte dicta diſtinguit, uti etiam R. David Kimchi præfat. in Psalm. II. ubi uife diſcriben ἀſר בֵּן הָנְבֹה וְרוּחַ הַקָּדֵשׁ, quod eſt inter prophetiam & Spiritum S. explicat. Vocabulo روح الله, Spiritus Dei ſaþe Mohammed uſus eſt, quo Christum vel Angelum Gabrielem plerumque intelligit. Corticem ergo verborum lambunt Iudæi & Mohammedani, at latentem vocum efficaciam non intel- ligunt.

IX.

Cum modo mentionem ſententiæ Iudaicæ injecerimus de Spi- Eoflema
C 2 riu

credunt ritu S. quasi locum inter prophetias insimum obtineret, non possumus non circa reliquas prophetiae species utriusque religionis nota- gradus prophetae. re consensum. Qui ut accuratius intelligatur, Judiorum doctrina De gradu de GRADIBUS PROPHETIE præmittenda est. Variat illa prophetiae plurimum, prout laxiori aut strictiori sensu explicatur. R. Maimonides, magnus ille juris Judaici interpres, XI. statuit prophetie gradus, quorum duo priores laxiori sensu propheticci dicantur, reliqui novem proprie. At mox in recensione hujus ordinis de tribus quoque postremis dubitare videtur, adeo ut ad pauciores referri commode queant. Unde R. Joseph Albo in עקרים ad More Ne-
wochim. I. 1. c. 45.

1v. gradus omnes reducit, quorum insimus sit *Spiritus Sanctus*, supremus Mo^s contigerit, duo intermedii *visionem & revelationem*, cum rerum species vere cernuntur, designent. Et hoc quidem proprius accedunt gradus prophetiae Mohammedici, qui commode ad tres, vel quatuor, si Mosen includamus, referuntur. Gradum enim prophetia Mosaica supra reliquos eminentem considerant Mohammedani. Unde dicunt

كلاعه رجعه من *Locutus est ei Deus sicut Angelo loquitur*: & Deum dicunt omnibus fere prophetis mediante Angelo locutum, حجور موسى, excepto Mo^s. Idem Ju- dæi sentiunt uti ex articulo septimo in *Catechismo Ju- daico* apparel, ubi fusiis hæc explicantur. Hinc dicunt המשם שער בינה נבראו בעולם וככלם נמכרו למשיח חז' מאחד Quinquaginta portæ scientiæ sunt creatæ in mundo omnesque, excepta una, tradita sunt Mo^s. Videatur quoque Maimonides loco citato, נתעלחה נשא. 123. על כל הנביאים שנבראו לא הוותה במושלי וחוקים זהה שומע דקל בברור מה שלא הוא שומעים הנביאים כי אם חיו בכראה בנכראה לא היו שומעים כלל בכראה Elatus est Mo- ses supra omnes Prophetas, quia ipsius prophetia non facta est in pa- rabolis aut ideali imaginatione, sed vocem manifesto audiebat, quam reliqui prophetæ non audiverunt, quando enim illi in visione pro- phetica erant, non percipiebant vocem. Similiter in Pirusch R. Ephodi extollitur prophetia Mosis, quod non באמצעית מלך interveniente ḥigelo, Dei vocem audiverit.

X.

X. qd. A

De tribus

Præter hunc eminentem Prophetæ Mosaicæ gradum, tres me- reliquis
morant Mohammedani. Primum, qui fiat *inspiratione* ، موحیاً، prophetæ
gradibus.

vel per somnium, vel alio modo, uti Deus Davidi Psalmos inspi-
ravit, & Abrahamo revelavit mactandum esse filium. Huic con-
sentit gradus primus Prophetæ veræ, stricte dictæ, juxta Mai-
monidem, qui tertius alias numeratur, si laxiori sensu Prophetiam
explices: cum Prophetæ in somnio quid revelatur. Convenit
itidem cum primo gradu juxta sententiam Iosephi Albo; cum quis
sugestu Spiritus S. effunditur in laudes Dei, ut David & Salomo:
quod a Maimonide ad gradum secundum quoque refertur. In-
tricatus enim in explicandis prophetiarum gradibus est Maimoni-
des, unde plus semel vapulat Abrabaneli in proœmio ad Prophet.
Min. Idem magni Seldeni judicium est. Secundus Mohammedanis
gradus ille statutur, si quis audiat loquentem, at neminem videat.
Qui consentit gradus secundus prophetæ stricte dictæ, juxta Mai-
monidem, ששמע דבר נבואה מפורש כבואר, Selden, de
Synedr. Lib. 11.c.4.

ולא יראה אכלה Quando aliquis clare & distincte in somnio pag. 80.
propheticō verbū audit, sed illum, qui id loquitur, non videt.

Tertius gradus Moslimorum hic est, quando per Angelum inter-
nuncium aliquid revelatur. Cui parallelus est gradus textus Mai-
monidis שדבר לו מלך בחלום quando ei Angelus in
somnio loquitur. Ego non dubitem, si meam mihi sententiam
dicere licet, originem hujus ordinis & numeri in gradibus pro-
phetæ ex Alcorano derivandam esse surat. XLII, 50. Ubi
Deus dicitur hominibus loqui (وَجْهًا) per inspirationem, vel
quasi post velum esset, hominem ex occulto
compellans, vel من روح من امره per Spiritum imperii sui,
Angelum. Quæ, sicut ante dictis conferantur, satis accurate con-
veniunt.

XI.

In Doctrina de ANGELIS, multifariam convenienter cum Ju-
deis Mohammedani. Varios Angelorum ordines ab Hebreis sta-
tuit quis ignorat? Solent eos plerumque ad tres כהות, classes re-
dinibus, &

XI.
De Ange-
lorum or-
dinibus, &
vo.

Angelo mortis. vocare, quorum *primum* occupant **שרי הפנים**, *principes facie*, IV Angelii, qui thronum Dei perpetuo observant, nec unquam corporeo habitu terras adeunt, sed manent **שכלים נבדלים** intelligentia a materia separata: Secundum **מלאכי**, מוחmr, qui in opera Deus utitur in mundo superiore & inferiore, qui in X gradus dividuntur, secundum species quas intelligunt, vel ministeria quae obeunt, vel loca quae occupant. Hi omnes **בני חום** filii calorum dicuntur, exceptis Angelis VII ordinis, qui proprie **בני אלילים** filii Dei vocantur. Singulis ordinibus sua est **בית דין** domus judicij, & cunctis pariter **סנחרין** Synedrium. Tertio loco numerantur, **מלאכי חבלה** intelligentia damni, tortores, quos inter eminet **מלאך המות** שטנים, Angelus mortis, Samael alias, & perditus magnus, vel **דוכה**, a Silentio. In Chaldaica Chronicorum Paraphasi, quam Beckius edidit, frequenter occurrit sub nomine **מלאכה דמותה**, **Angeli mortis**. Huic omnem mortis causam adscribunt, dicere enim consueverunt, si sivisset illum intactum Angelus mortis, adhuc vixisset. Existimant hunc gladio, arcu, sagittis armatum a nonnullis visum fuisse, unde in precibus Judaeorum expressa mentio est **Angelus mortis**, ne horrenda specie illos terneret. Huic resistere queunt bonis operibus, unde de Benjamine justo narratur, **ואף מלאך המות הילך** Persisch ad quod eleemosynis admodum indulserit, Ben Syra Moral. Cap. x. מביתו שלא היה יכול לשלוט עליו Et quando Angelus mortis dominum ejus intravit, quod non potuerit ipsi dominari. Quin & nonnemo per שם המפורש Nomen Jehova, ita fascinasse Angelum mortis dicitur, ut sinistrum ei oculum eruerit. Hę nugę Judaicę originem dedere Mohammedicis. Muslimanni enim Angelos in varias species dispescunt, illos, qui thronum Dei ferunt, & ministeria in terris obeunt, vel animas hominum torquent. In primis Angelum mortis, **ملك الموت**, memorant, ut videre est **SURAT. XXXII. II.** قل يهوديكم ملك الموت Dic, الذي وكل لكم ذم الـ اي ردكم ترجون **Dic, interficiet vos Angelus mortis**, qui prefectus est vobis, tunc ad Dominum vestrum revertemini. Qui Adriel vocatur in Theologia Mo-

Mohammedica pag. 199. Die ultima Deus vocabit Angelum mortis dicens: *O Adriel, estne quid superstes ex omni creaturam ea?*
etc.

XIII.

Jux

XIII.

De Ange
lis tutela
ribus ho
mini pra
fatis.

Tutelares quoque hominibus Angelos adscribunt Mohammediani quos, **الحافظة**, custodes vocant, binis noctu, binis interdu vigilibus, quorum alter homini ad dextram adsistens bona ipsius dicta & facta libro inscribat, alter ad sinistram peccata consignet. Ita in Dialogo Mohammedis cum Abdia rogatur Pseudopropheta. *Quot Angeli prasunt hominibus? Respondit, singulos homines bini circumstant Angeli, alter a dextris, alter a sinistris, dextri quidem benefacta hominum scribunt, sinistri malefacta. Vel sedere alias dicuntur tutelares hi Genii in Alcorano SURAT. L. 16.*

اذ يتلقي المتقهمن عن اليمين وعن الشمالي

قعيى ما جلغا من قول الا لبيه رقيب عتيد
Quando occurrent illi duo, qui a dextris & sinistris sedentes. Nullum homo verbum loquitur, nisi penes eum sit observator paratus.. Unde haec credimus derivata, quam a Judais qui Angelos hominum custodiæ destinatos itidem agnoscunt? Ita in שני כלאים העמודים עם האדם, ראשית חכמה dicitur, Duo Angeli perpetuo hominem circumstant ut eum custodiatur. Quandoque Geniorum tutelarium nomina determinant; referunt enim רבו של אדם רזיאל, Cabballista, בעלי הקבלה ופיאל רבו של אברם זדקיאל רבו של יעקב רפאל רבו של יוסף נבריאל רבו של משה ונונזאל רבו של אליהו כלהיאל ווש אום כי רבו של בותה סטטרון Adami praeceptorem fuisse Angelum Ratiel, Schemi Iophiel, Abrahami Tsadkiel, Jacobi Raphael, Josephi Gabriel, Mosis, Tsignatsyael, Eliae Malatiel, & sunt qui dicunt Mosis praeceptorem fuisse Metatron. Unde & in Tseror Hammor literæ initiales harum vocum שֶׁרֶתְּרוֹן שֶׁרֶתְּרוֹן Metatron princeps magnus, nomen Moses reddunt. SCRIBI quoque ab Angelis & in rationes referri hominum opera contendit Jechiel; Mile שֶׁר חפנִים, pomis aureis c. 111. & Angelo faciei in, הַפּוּחִי וְהַבָּ in potestatem esse רְשׁוֹתָא לְמִיכְתָּב וּכְוֹתָא דִּישְׁרָאֵל

24 EXERCITATIO

tem SEDENDI & conscribendi merita Israelis, singunt Cabalistæ.

XIII.

De crea-
tione Dæ-
monum
ex igne.

Nunc circa originem & naturam Angelorum quomodo conve-
niat utraque Φευδολογία, videamus. Mohammedani creatos ex
igne Dæmonas existimant, quod expreſſe docetur SURAT. LV. 14.

XIII.

وَخَلَقَ الْجِنَّ مِنْ نَارٍ *Et creavit (Deus)*

Dæmonas ex puro igne. Et quando narrat fabulam Mohammed
de Angelis Adamum adorare jussis (quam infra ex Judaismo re-
petemus) Diabolum introducit, recusantem & hanc rationem red-
denterem, SURAT. XXXVIII. 77. *اَذَا خَيْرٌ مِنْهُ خَلَقْتَنَّاهُ*

منْ نَارٍ وَخَلَقْتَهُ مِنْ طِينٍ *Ego præstantior illo sum,
creasti me ex igne, at illum (Adamum) ex luto.* Unde appa-
ret ex sententia Mohammedis bonos quoque Angelos ex igne crea-
tos; quando enim creatus erat ex igne, nondum erat malus An-
gelus, sed postea redditus est. Quæ apprime convenient nugis
Judaicis. Judæi enim nonnulli Dæmonas ex igne creatos perhibent,
alii bonos quoque Angelos. Ad priorem classem reducitur Mai-
monides a R. Lipman, qui sic fatur, dum opus creationis recen-

Nizzah.
ad Parash.
bereschit.
pag. 5.

הַשְׁדִים כָּתַב ר' מ' ב' מ' ז' ל' שְׁחַרְכְּבָתָם מִן הָאֵשׁ וּמִן הָאוֹר
ולִבְנֵי יְשֻׁטוֹ מִרוּבָּם קְלֹותָם וְלֹא יְוָנָשׁוּ מִרוּבָּם רְקֹותָם

*Diabo-
los,* scribit R. Moses Ben Maimon p. m. compositos esse ex igne
& aere; & hinc quaqua versum discurrunt, quia admodum le-
ves sunt, & non sentiunt, quia subtile admodum sunt. Dubito
tamen an satis probe ea Maimonidi sententia tribuatur, cum con-
trarium affirmet in *Jad Chasaka* tract. de Fund. Legis c. II. §. IIII.
ubi Angelos creatos esse sine ulla materia tradit. Unde substitu-
endum crediderim in textu Lipmanni alius Rabbini nomen
"רָכ' בָּנֶן", Rabbi Moses bar Nachman, exigua mutatione; quam
lectionem in codice quodam diserte inveniri adnotavit in *Correc-
tionibus Lipmannianis Wagenseilius.* Eidem sententia addidit
fuit Menasse Ben Israel, Problem. de Creatione IIII. ut & R.

מֵיר אַלְאָבִי serm. ix. כי הָוָתָה יִצְרָה שְׂדִים כְּשַׁתִּיסְדּוֹת

*Quoniam dæmones constant duobus ele-
mentis igne & aere.* Hinc Samaeli Deus dixisse singitur, in Hi-
stor.

flor. de vita & morte Mosis, quam Gaulminius edidit, pag. 32.
 ר' רְשֵׁעַ מֵאָשׁ שֶׁל נִיחָנָם נִבְרָאת וּלְאָשׁ שֶׁל נִיוֹזָנָם אַתָּה חֹוֹרִ igne Gehenna tu creatus es, & in ignem Gehenna reverteris.

XIV.

Multi tamen inter Judæos bonorum quoque Angelorum originem ex igne deducunt. Ita legimus in *Pirke R. Eliezeris cap. iv.* חַמְלָאָנִים שְׁגַבָּרוּ בַּיּוֹם שָׁנוֹ כַּשְׁחַן נִשְׁלָהָן בְּדָבָרוֹ גַּעֲשִׂין רֻוחֹת וּכְשַׁחַן מְשֻׁתָּהִים לִפְנֵי גַּעֲשִׂין שֶׁל אָשׁ שְׁנִי עֹשֶׂה מְלָאָכִיו רֻוחֹת מְשֻׁתָּהִים אָשׁ לְוַחַט Angelii die secundo creati sunt, quando hi emissi sunt, verbo ejus fiunt venii; cum vero serviant coram eo, fiunt ignis, juxta id quod dicitur (*Psalm. c. 4.*) Qui facit Angelos suos ventos, ministros suos, ignem flammantem. Id. cap. xxii. ר' יהושע בן קרחה אומר חַמְלָאָכִים אָשׁ לְוַחַט Rabbi Josua, filius Korcha dicit, Angelii sunt ignis flamarum, juxta dictum (*Ps. c. 4.*) ministros suos (facit) ignem flammantem. Textum hunc eodem flectit *Zachiades* commentar. in hoc locum, cum dicit heic indicari חַמְשָׁת מְגָלּוֹת שהם יסוד והוכר חיסודות שהם יסוד וונשה מלאכין לעולם השפל וכגן יסוד האור אמר עונשה מלאכין רוחות וכגן יסוד ראש אמר משותיו אָשׁ לְוַחַט Elementa materialia hujus mundi inferioris; & respectu elementi aerei, dixit (*Psaltes*) faciens Angelos suos Spiritus; & respectu elementi ignei, ministros suos ignem flammantem. Quasi elementa materialia hic concipienda essent? Idem *Zachiades* ad textum Dan. vii. 10. per *Fluvium igneum*, intelligit עִילָּם mundum חַמְלָאָכִים שהם נושא*הַכָּסָא* ומשותחים אֶת זֶה Angelorum, qui i thronum portant & Deo serviant: & in libro *Zohar* Gabriel descendisse dicitur בְּשַׁלְחוֹבָא דָאָשָׁא, in flamma ignis. Quæ omnia satis clare ostendunt etiam bonos Angelos, juxta Judentium sententiam, ignes esse naturæ, quod & ipsum Mohammedani credunt.

XV.

Nec tantum Angelos ex igne & aere veluti materia compositos Utrique concipiunt Judæi, & Mohammedani, verum etiam corporea membra Angelos bra

materiales bra & actiones illis adscribunt. Ita legimus SURAT. xxxv. p. crafie con-

cipiunt. اللهم لله فاطر السموات والارض جاعل
الملائكة رسلا اوئي اجنحة مثنوي وذلات ورباع

Laud Deo, creatori colorum & terrae, qui ponit Angelos ministros, quibus alæ sunt duæ, tres, vel quatuor. Et ne quis dubitet de alio Angelorum, hæc lepida narratur Historia in dialogo Mohammedi cum Abdia. p. 192. Solem & Lunam aequali virtute creavit Deus. Evenit ergo, ut incerta esset diei & noctis vicissitudo, quo usque Gabriel pretervolans motu volitandi forte sic ala Lunam tetigit, ut inde Luna obscurata sit. Corporeos hosce de Angelis conceptus a Judæis proculdubio hausit Mohammed, qui parim modo alas Angelis affingunt, ita R Meir Aldabi in S. ix. pag. 107. col. 2. יש להם כנפים כמלacci השרת sunt iis (demonibus) alanti Angelis ministerii. Et in libro חנינה dicuntur tres res convenire Diabolus, queis similes sunt Angelis ministerii, quas inter & hæc refertur יש להם כנפים כמלacci השרת ושותין סוף עולם ועד סוף Sunt iis alanti Angelis ministerii, & volunt ab uno mundi extremo ad alind. Sicco pede transeo nugas de Angelo mortis מלא עיניהם, oculis pleno, Argi ad instar, sub forma ignis viridis homini vita functo apparente, de clamore חכראו העליון, praconis caelestis, qui Angelos de laudando Deo admoneat, similisque farinæ crassos conceptus, quos a Judæis hausisse Mohammedem nos docet summa utrobique harmonia, quæ ex collatis utrinque testimonii liquido appetet.

XVI.

XVI. Sed ad HOMINEM. Non libet heic fuse inherere plurimis phrasis. Alcorani, de generatione hominis, ex doctrina Judaica. loquendi modis, queis circa hominis creationem aut generacionem consentiunt Judæi & Mohammedani. Levi tantum dígito unum attingam in Alcorano locum, qui dubium me diu tenuit, usquedum illi Cabballistica lux affunderetur. Occurrit ille s u-

يخلقكم في دطون امهادكم خلقا Creavit vos (Deus).
من بعد خلف في ظلمات ذلات in ventribus matrum vestiarum, formam super formam inducen-

do,

*do, in tribus obscuritatibus. Quænam sunt illæ Tres tenebrae? Me
judice ex Rabbinorum Mysteriis hæc explicanda sunt. Nimirum
docent illi foetum crescere & formari in utero, tres primos menses
במהור התהווין in habitaculo interiore, tres alios menses
בכדרו האמצעי in habitaculo medio, tres ultimos
בכדרו הבעלון in habitaculo superiore.* En tres tenebras. Videtur ad
hunc textum respexisse *Abi Jaafar Ebn Tophail*, qui, Turcarum
more, non paucos Alcorani folculos suis icriptis insevit, quando
pag. 33. matrem *Hai Ebn Jokdhan* de formatione sui foetus in te-
nebris uteri loquentem introducit.

XVII.

XVII.

*Hominem Judæi, ut Salutis suæ fabrum considerant, & meritis Utrique
bonorum operum servari existimant: hinc ab Apostolo Rom. x. 3.
accusati, uti homines τὰν ιδιαῖς δικαιοσύνῃς γνωτέστε σῆμα, pro-
priam erigentes Justitiam, & nil nisi merita & mercedem crepan-
tes. Hi merita hominum ponderari, suamque Justitiam attendi,
qua justi sint coram Deo ad hæreditandam vitam æternam, conten-
dunt. In Pirke R. Eliezeris introducitur homo moribundus
juxta Ju-
dæos.*

מִשְׁנֵים מַעֲשֵׂיו הַטּוֹבִים וְאֶתְמָם לְהָם בְּאוֹא וְהַצְלָנוּ כֵן
*Congregans bona opera sua ὅ dicens illis: Eripite
me ex hac morte &c. at illa respondent λέτον ωδὴν στρατηγὸν, πάλιν λέτον στρατηγὸן, πάλιν λέτοן στρατηγὸן, πάλιן λέτון στραטהי גְּדוּלָה קְבֻעַ לְ שָׁכֶר*

*accipe, & juxta illa nos Judica. Certe, quis hominum, nisi
καυχώμενος ἐν οὐρᾳ vellet juxta sua opera judicari? Multa est
mercedis mentio in Capitulis Patrum: vide R. Schimeonis dictum,
edit. Fag. pag. 40. & ibid. cap. iii. שאפְּלוּ אָדָר שִׁוּשָׁב וּוֹשָׁק בְּתוֹרָה שְׁדָךְ בְּגַח קְבֻעַ לְ שָׁכֶר Si Unus tantum mensa ac-
cumbat & exerceat se in Lege, Deus S. Benedictus mercedem ipsi
determinatam constituet: Maxima enim vis est vocis קְבֻעַ, vide
Buxr. Lex. Talmud. & שָׁכֶר, lurum quid sonat, quasi debitam
mercedem dicas; vide Maimonidis comment. in Pirke Aboth ad*

28 EXERCITATIO

dictum *Antigoni*, quod ibidem c. i. §. iii. extat, & haeresi *Sadduceorum* occasionem dedisse creditur. Nec alia basi nisi sit superba illa gloriatio
מלאכי השרת נקיים מכל חטאך יسرائيل, *Nekyim* **מכל חטא בום הכהורות**, *Angeli ministerii mundi*
sunt ab omni peccato, ita & *Israelita mundi sunt ab omni peccato*
die Expiationis: nimis *juxta Maimonidem*, in præclaro opere
Jad Chasaka, dies Expiationis omnia *Judæorum* peccata expiat.
Quin & morte propria expiari peccata existimant, unde in agone
mortis constituti dicunt *חַדְוָה מִתְהֵה כְפָרָה* *Mors mea fit ex-*
piatio mea, vel, uti fuisus alibi traditur,
כל חטאים ועונות וועיתוי ופשותי לפניך ותו חלקי בן עדן
Sit mors mea expiatio pro omnibus meis peccatis & iniquitatibus,
quibus perverse egi & prævaricatus sum coram facie tua (o Do-
mine) & da mihi partem in Paradiso. Et R. Eliezer in *Pirke cap.*
כיתרך כפורה עליך *dictum Samuelis ad Saulem refert*,
mors tua expiatio pro te. *Pharisæorum* denique fastum nemo
ignorat, dicentium *מה חובה ואעשנה* *Quid est debitum me-*
um, & faciam illud, vide *Ligfoot. Hor. Hebr. ad Matth. 111.7.*
Quamvis autem nonnulli inter Judæos, typho Pharisaico exuti, mo-
deratius de se suisque meritis locuti sint, nihilominus praxi quo-
tidianâ E. g. in lectionibus Parascharum, & ברכות precum, quas
Deo quasi admetiuntur, jejuniis, peregrinationibus, & eleemo-
synis, satis ostendunt ex meritis operum se velle servari.

XVIII.

XVIII.
 Et Juxta
 Mohammedanos.

Nec aliter Mohammedani de meritis operum gloriantur: hor-
 to enim illa comparant, qui fructum necessario profert in futuro
 seculo. Dictum Mohammedis *surat. xl ix. 14.* *لَا يُمْلَأُ كُمْ شَيْءًا*
من أَعْمَالِكُمْ, *Non defraudabitur vobis ex (mercede)*
operam tuorum quicquam, nil aliud sp̄i, quam Judaicum
illud *אֵין הָקֵבָה קְפָה שֶׁכֶר כֹּל בָּרוּה*, *Deus non defrau-*
dat premio ullam creaturam, qui articulus est xi in *Fundamentis*
fid. Jud. Confer surat. ix. 121. xi. 117. xii. 56. Huc quo-
 que tendit *surat. xcix.* quæ *judicii ultimi faciem describit*

من يعمال من قال درة حير يرث ومن يعمال ٧. ٧.

*Qui fecerit ad pondus atomi bonum,
videbit illud, & qui fecerit ad pondus atomi malum; videbit illud.
Quasi Deus juxta valorem bonorum operum cœlum vel gehennam ipsi datus sit. Certe id dicunt, quando bilancem credunt suspensum iri, in qua si prævaleant bona opera, cœli participes erint, si mala, gehennæ; sed de his plura in seqq. de ultimo judicio. Nec dubitant illum, qui Suratas quasdam Corani pervolutavit, cælo adscribere. Et vix ullum est Capitulum, quod legenti singularia non adferat beneficia. Sic illi, qui SURAT.*

xxv. legerit, promittitur دخول الجنة ingressus in Paradisum cœlestem; Qui SURAT. xxviii. pervalet, hora novissima justus pronunciabitur, & sic porro, quæ vide exactius apud Hottinger. in Biblioth. Orient. 107-150. Quin & ille qui unicam ex libro Dei (Alcorano) literam legit, meretur pœnam retributionis

من قرأ حرفاً من كتاب الله ولهم حسنة

Plane ut Judæi העסקים במשנה מדרה ונותין עליה שכר Qui operam dant lectioni Misnica, proprietas ea est, pro qua mercedem accipiunt. Et licet nonnunquam videantur Mohammedani operum merita nonnihil extenuare, & misericordiam Dei extollere, quando dicunt

الله جرسبي من قرأ النوازل Deus justificat quemvult. Premium est beneficentia Dei; attamen ex ante diëtis, & quotidiana praxi lotionum, jejuniorum, eleemosynarum, & peregrinationum, satis appetit, propria eos iustitia nisi, ut vitam futuri sæculi consequantur.

XIX.

Nec propriis tantum meritis, sed & defunctorum hominum intercessionibus multa tribuantur Mohammedani: ita tradunt

من قرأ سورة الممتنع كان له المؤمنون والمؤمنات

Qui legit suratam (LX) Explorationis, intercessores pro se die resurrectionis habebit viros & feminas credentes. Qui legit suratam LXI, pro eo Jesus orabit. Ita Alsharienes, qui pro Orthodoxis hodie habentur

XIX.
De meritis
& inter-
cessio-
bus defun-
ctorum.

tur in *Confess. fidei* dicunt: si quis e mundo non penitens exierit, expectandum esse ut *intercedat pro illo Propheta*: & ibidem jubetur Orthodoxus credere *جَنْهَادَةَ الْأَنْبِيَا* *الْأَنْبِيَا ذُمِّ الْعِلْمَاءِ ذُمِّ الشَّهِيدَاتِ مَأْدِيرَ الْمُوْمِنِينَ*, *in intercessionem Prophetarum, Doctorum, Martyrum, & omnium credentium.* Mohammedis autem intercessio est quasi anchora Sacra; ille, renuentibus in die judicii Noacho, Abrahamo & Isa, patrocinium suorum suscipiet, quod vide apud Pocock. in Not. miscell. ad Port. Mos. p. 278. Sanctos quoque defunctos invocant, cuius rei exemplum est in *Sultano Murate*, qui prælium commissurus in hæc verba erupit, apud *Leunclav. in Histor. Musulmann.* p. 515. O Muhamed, o Mustapha, gloria vertex, fac quæso victoria potiar. Quinam sint Sancti Heroes Turcarum, Pontificiorum Santo Georgio similes, vide in *Leunclavii Lexico* vocum Exot. *Judeos* heic imitantur Muslimanni, isti enim Sanctorum apud Deum intercessiones admittunt; ita scribit R. Mekir in *אַבְקָת רֹכֶל Quando Israelita in angustiis sunt, anime justorum, queis sub throno gloriae cavernas dedit Deus S. Bened.* *עָמְדֵי וּמְגַנִּים עַלְיָם לִפְנֵי הַמָּקוֹם וְהַקְּבָ"הּ Precibus suis coram Deo eos protegunt.* Moses ipse (uti refert ex MS. Historia Joseph Ben Podat, Vir in his literis summus Gilb. Gaulminius Not. ad Hist. Mos. p. 29.) Deum sic orare fingitur *אָמַן אַזְנָבָר אַתָּה עוֹשָׂה בְּשִׁבְלֵל דִּיקְיָהִים עֲשָׂה בְּשִׁבְלֵל הַמְּתָר בְּעַבוּר אַבְרָהָם וַיַּצְחַק וַיַּעֲקֹב וְאֶפְאָרָהָם יַצְחַק וַיַּעֲקֹב עַמְדוּ בְּתַחְפָּלה עַל יִשְׂרָאֵל וְשָׁמַע אָוֹתָם הַקְּבָ"הּ Si non facis id (Domine) propter justos, qui hodie vivunt, at propter eos, qui mortui sunt hoc facito, propter Abrahamum, Isaacum, & Jacobum. Tunc vero & Abraham & Isaac, & Jacob, ipsimet oraverunt, audivitque eos Dominus. Commune Judæorum dictum est *וְכֹות אַבָּות עָמְדָה לְעוֹלָם Meritum patrum persistit in eternum.* Multa quoque crepant de meritis sepulchorum in Hebron (quam קְרִיתָה, περιφέλλη, alio nomine appellant) *Abrahami* nempe *Isaaci & Jacobi*, cum uxoribus, quorum nominum initiales litteræ voce יִשְׂרָאֵל continentur. Ita in *דרש לפטירתה* continentur, *פסח,**

PHILOLOGICO-THEOLOGICA.

כיתה משה כובח, haec coronidis loco subjungitur, משה כפרה לכל ישראל omni Israeli. Vide & Wagenseil. Conf. Carmin. Lipmann. p. 495.

xx.

כיוון שנפטר אדם בן העולם בן מלאר הקום

וישוב על קברו מיד נכננה נשמהו בגוףו ומעמידו על רגלו וככל עד אמר רבי יהושע בן לוי ובידיו שלשלת הצעיה של ברול והצעיה של אש ומכה אותו פעם דראשונה אמריו מתרקין שנייה עצמותיו מחרורים ובאים מלאכים ומנקצים אותו ומכה אותו פעם שלישי ונעשה עפר זאפר ומחזרו לקברו Summa est: *Angelum mortis defuncto assidere, cumque in pedes erigere. Dein catena ferrea & ignea verberare, ut membra ejus dissolvantur & in cinerem redigantur.* Quia optime convenient principiis Mohammedicis. Illi enim de CRUCIATU SEPULCRALI paria narrant, quamvis non adeo clara in Corano extenta testimonio. Plurimi tamen eo varios Alcorani textus reducunt. Nec dabitem quin in illorum censum referatur surAT. ۳۱. ۲۶. **كَمْفَ تَكَفَّرُونَ دَالِهَ وَكَنَّهَ**

امواقاً فاحياً كم ذم يمه تكـه ذم دكتـه كـم ذم اليـه

جَوْنِيْرُ *Quomodo infideles estis in Deum, qui cum essetis mortui vivificavit vos, dein occidet vos: tum vivificabit vos, postea ad illum reducemini. Ubi expressa mentio binæ mortis & vitæ: supponunt autem in cruciatu sepulcri animam in corpus redire, at mox egredi, quæ mortis & vitæ vicissitudinem notant. Clarius hæc proponuntur in *Algazalii Confess. fid.* ubi orthodoxus cre-*

سوال مذکور و ذکیر وهم مشخصان dere jubetur

Examen هادلان يقعدان العبد في قبره وهيهمان

Moncari & Nadiri, qui sunt duæ terribiles & horrendæ specie personæ, quæ hominem in sepulcro suo erectum statuerint &c. & pau-

32 EXERCITATIO

lo post ibid. Credet (orthodoxus) in cruciatum sepulcri. Illum precibus suis avertere vel emollire conantur Mohammedani, unde quietem in morte a Deo petunt, vide Hottinger. Histor. Eccles. Tom. VII. p. 495. uti & Judæi. Et ei, qui familiam suam docuerit

suratam xxxiii. اعطي الامان من عناب القبر
datur securitas a cruciatu sepulcri. Narrant porro Mohammedani, qui accuratius explicandæ huic rei incubuerunt, defunctos gravibus malleorum ictibus, inter aures impressis, ita cruciari, ut clamor gementium percipi queat ab Oriente ad Occidentem, nec tamen a quoquam audiatur. Paria referunt Judæi, videlicet, חכשָׁה

Pirke R.
Eliezer.
c. 34.

קולין חולך מקופ העולם ועד סופו ואין קולין נשמע Quinque voces transiunt ab uno mundi extremo ad aliud, et tamen non audiuntur. Inter illas hæc quoque numeratur, quæ contingit שְׁחַנְשָׁתָה יוֹצָא בְּן הַנּוּךְ , quando anima egreditur e corpore. Atqui, etiam in percussione sepulcri, animam secunda vice corpore egredi, sentiunt Judæi & Mohammedani. Unde fluit eo tempore (juxta illorum sententiam) talem clamorem edi, qui audiri possit tam longo intervallo, nec tamen audiatur.

XXI.

XXI.
De resur-
rectione
mortuo-
rum &
ossculo
Lutz &
Ogjob.

In Resurrectione mortuorum, ossiculum لُزْ Luz, in spina dorsi a Judæis considerari uti fundamentum resurrectionis, quis ignorat? Obvia sunt in Rabbinorum, hodiernis quoque Philologorum scriptis de hoc ossiculo plurima; quod non putrefat, aut ullo modo consumatur, sed in resurrectione carnem de novo assumat, & rarefiat, succrescens mediante rore cœlesti, ad molem corporis humani, vide Pocok. Not. Miscell. p. 118. Buxtorf. Lex. Talmud. Hottinger. de Resurr. mortuor. Mohammedani quoque ossiculum عَجَبْ , Ogjob, os spinæ dorsi infimum, quod primum omnium in homine formari persuasum habent, uti basin futuræ resurrectionis considerant. Referunt hunc in finem tale Mohammedis dictum ان في الانسان عظما لا تأكله الأرض لا تأكله الأرض

ادرا فيه دركى الخلق يوم القيمة Est in ho-
mine os quoddam, quod nunquam consumit terra, ex quo compo-
nenda est corporis structura, in die resurrectionis. Judæi idcirco vo-
cant

cant id ossiculum, **הַרְוֹד רָקֶב**, *cochlear putredinis*. Ita legimus in *Pirke R. Eliezeris* cap. xxxiv. **ר' ש' אֹם כִּל הַנּוֹפּוֹת** *ad hoc* **נוֹגֵעַן בְּעַפְרַת הָאָרֶץ עַד שָׁאָנוּ מִשְׁתִּירֵן מִן הַנּוֹפּ אֶלְאֶל** *R. Simeon inquit: Omnia corpora resolvuntur in pulverem terrae, adeo ut non superstes maneat e corpore, nisi cochlear putredinis, quasi plenum.* Unde nulla videtur fuisse ratio, quare magnus *Buxtorfius* in *Lex. Talm.* ad vocem **הַרְוֹד**, *R. Machir*, auctorem libri *Abkat Rochel*, reprehenderit, quasi ipse hanc significationem finxisset, cum jam apud *R. Eliezerem* illa inveniatur. Deinde, quemadmodum *Judæi rorem* in *cælo* superiori reconditum credunt, qui super mortuos stillabit, & ossiculum **לֹן** facundabit, ut in molem crescat; ita & *Mohammedani*, quorum testimonia ex *Pocockio*, qui exacte illa prosecutus est, in *Nor. Miscell. ad Port. Mos.* pag. 256. 261. &c. transcribere non libet. Rorem hunc e S. Scriptura firmare conantur *Judæi*. Et videtur hoc respexisse *Syrus* interpres *Ies. 26. 19.* quando vertit **טָהָרָה קְרַבְתָּה יְמִינְתָּה** *Quia ros luminum ros tuus*, quando nempe in lucem, reddita vita reverteris.

XXII.

Fore, ut vestimentis induti resurgent homines, credidere veteres *Judæi*. Ita invenimus in *Pirke R. Eliezeris* cap. xxxi i. **ר' אליעור אֹם כִּל חַמְתִּים עֲמָדִים בְּתַחְיַת הַמְתִים וְעוֹלָן** *R. Eliezer ait. Omnes gent.* **מַרְאֵי לְהַם** *mortui stabant in resurrectione mortuorum & surgent cum vestimentis suis.* Unde hoc dicitis? *Ex semine terra.* Illud enim seperatur nudum & ex terra prodit vestitum capsulis & folliculis. O *Cor Zenodoti*, o *jecur Cratetis!* Verum, an non respexerunt *Mohammedani* siculnea *Judaicarum* assertionum fundamenta, & suis illa addiderunt deliriis? *S U R A T . x i v . 5 .* expressa est *vestimentorum* **مَنْ قَطَرَانِ** *pice oblitorum* mentio, quibus induti erunt infideles *وَمَنْ قَطَرَانِ* &c. Verum & haec ex *Arabum monumentis* fuisse probavit *Pocokius loc. citat.* pag. 271. quo Lectorem relegamus.

XXII.
De vestimentis
mentis
hominum
qui resur-

XXIII.

XXIII.
De Gog &
Magog.

Prævium horæ novissimæ signum intet cætera Mohammediæ statuunt **خروج يا جوج وما جوج**, *Eruptionem Jagugi & Magugi*, cuius ipse Alcoranus surat. XVII. 93. & XXI. 96. meminit. Addunt Mohammediæ, post varia rerum discrimina perdendos tandem esse *Jagugum & Magugum*, sic ut 7 annis continuis Musulmanni succensuri sint eorum arcus, sagittas & pharetras. Quid vero denotent hæc omnia, nisi famigeratissimum bellum *Gogi & Magogi*, **מלחמה גוג ומגוג**, juxta Juðæorum sententiam, præcursorium adventus Messias, qui illud ex Ezech. c. XXXVII. & XXXIX. derivant. Facile enim fuit Mohammedi suo more nomina propria flectere E.g. ex *Gog*, *Jagug*, ut rhythmicè cum *Magug* conveniret: quemadmodum ob eandem rationem dixit *Cabel*, & *Abel*, *Taluth* & *Galuth*, *Aruth* & *Maruth*, *Habot*, & *Tayot*. Quæ vocabula, ut rhythmò inferirent, miserrime corrupit.

XXIV.

XXIV.
De ultimo
judicio,
& libris
aperien-
dis.

Ultimum judicium iisdem fere commentis utriusque involvunt. Fingunt Mohammediæ nescio quas rixas animæ & corporis, ita ut corpus animam peccati accuset, & anima corpus vicissim, utraque vero culpam a se amoliri conetur. Fusius hæc exponit *Pocok. lib. cit. p. 280.* quæ conferantur cum Antonini Imperatoris & R. Jebuda S. colloquio, quod super hac re in Gemara Sandhedrin occurrit. Nobis consensum ostendisse sufficit. Porro Mohammediæ in judicio Dei libros expandendos esse, quibus inscripta sint hominum opera, vere physicos & trina dimensione extensos, credunt. Quo pertinent phrases surat. LXXXI. 10. **اذَا الصحف ذُشَرْت**, quando expansi sunt libri, collatae cum surat. XVIII. 47. XXI. 104. XXXIX. 69. & LXXXVI. 9. **السراير يوم قيامی** die, quo legentur arcana. Hi libri a Deo partim scripti sunt, qui sæpius in Corano scribere dicitur surat. IV. 83. **الله يكثن ما يبغيون** Dens scribit quicquid cogitant, & surat. XXXVI. 11. partim ab Angelis & Geniis tutelaribus, ut supra probavimus. Quis hæc a Judæis haufta

sta esse non intelligit? Illi enim regula sua nixi אָנֹן מִקְרָא יִזְהָר אֲנַזְתָּא, Scriptura non refugit sensum literalem, quæ satis dubia est, nisi suis terminetur limitibus, ex textu Daniel. VII. 10. Elia Thisbi colligunt in ultimo judicio libros Dei & Angelorum expanden-^{p. 186.} dos esse. Dei librum innui tradunt Ps. cxxxix. 16. & in libro Quast. Mosaic. Deus ita loquens introducitur אֲכַחַב בְּכָל רֶבֶעַת, Scribam omnes ingeniculationes, seu preces: & in Pirke Abotk Gaulmin. cap. 11. כָּל מַעַשֵּׂךְ בְּסִפְרֵ נְכַתְּבִים Not. ad Hist. Mof. adscribuntur. De Angelorum scriptione plura concessit Gaul-^{p. 303.} minius, quem vide.

XXV.

Destinatum esse piis locum deliciarum, qui in cœlo sit, Utri-
que credunt. Vocant illum Judæi notissimo vocabuli עַדְן, גַּן עַדְן, Hortum Edenis, ad imitationem Paradisi, quem primis Parenti-
bus Deus olim concessit, juxta axioma Cabalisticum כל הדרים
שישו למטה יש למעליה דוגמיה יש למטה נן עדן ויש Omniū rerum quæ infra (in terris) sunt ex-
emplar supra est. Est infra Paradisus, ita & supra. Nomen hoc ipsum mutuatus est a Judæis Mohammed, qui sedes beatorum,
vel simpliciter حَدَنْ, hortum, vel adjuncto حَدَنْ عَدَنْ, Edene,
hortum Edenis appellat. Hinc surat. IX. 73. dicit Deum fi-
delibus promisisse مَحَاجَةٌ فِي حَدَنْ عَدَنْ طَهْرَةٌ في حَدَنْ عَدَنْ
mansio[n]es amena[n]as in hortis Edenis. Ita etiam surat. XIII.
23. xxxv. 30. xl. 8. lxii. 12. Judæi in hoc Paradiso terrena
omnia, & bona sensibilia, concipiunt, non nisi gutturi Judaico
(ut Hieronymi verbis utar) convenientia. Imaginatur sibi gens,
non nisi fabulis intenta, nescio quas delicias in futuro s[ecundu]m. No-
ta sunt Rabbinorum nugæ de Behemoth, bove sylvestri,
pisce Leviathan, vino antiquissimo, ave Bar Juchne, & notiores
fane, quam ut accuratam explicationem mercantur. Non dissi-
milia sibi proponunt Mohammedani, quod patet ex plurimis Al-
corani locis, quæ non nisi hortos & flumina, vinumque, &
puellas nitidas, μελανοφθάλμους, pulcherrimas, ac rei veneræ ido-
neas, crepat. Ita surat. IV. 60. Deum loquentem introducit
idem

36 EXERCITATIO

والذين امنوا وعملوا الصالحةن سند خلهم
جنةن تجري من نهجهما الاذهباء خالدين فيها
ابدا لهم فيها ارواح مظهرة وذخائهم ظلاما

At illos, qui credunt & faciunt bona opera, introducemos in hortos, subter quibus decurrunt fluvii, in quibus erunt perpetui in eternum, & habebunt uxores mundissimas & introducemos eos in densissimas umbras. Clarius has delicias exponit surat. XXXVII.
40. ubi fidelibus promittuntur horti amoenissimi, lectuli in ordine collocati, sustentaculum vitae certum, pocula Nectarea, quæ vim inebriandi non habebunt, & denique puellæ demissso vultu non nisi conjugem suum adspicientes, quibus oculi sunt pulcherrimi, &c. Confer surat. XXXVIII. 51. 52. & LV. 74. ubi puellæ dicuntur intaminatae, ab hominibus & Diabolis intactæ, jacentes supra stragula pannorum viridium, & pretiosissimas vestes. surat. XLVII. 16. & 17. affirmat Mohammed in Paradiſo esse fluvios aquarum, lactis, vini & mellis. Vide etiam surat. II. 23. XLIV. 52. LXI. 12. Judæorum Leviathan adumbravit Mohammed pisce الحوت, Alchut (male legitur in Dialogo Mohammed. c. Abdalla, Albebbut) alias دون appellato; ياكول

من زيانة سبعون ألفا، De cuius jecinoris lobo edent septuaginta hominum millia. Ipse Mohammed ab Abdia rogatus, quis primus esset cibus, quo vescerentur incolæ paradisi, respondisse fertur أول طعام ياكول اهل الحياة كبر حوت

Primum, quod edent in paradiſo beati, erit jecur piscis.

تُور بَلَام Taurum sylvestrem Behemot, vocant Mohammedani بهמות Bar Juchne. Illud a شور הכר Judæorum, hoc a mutato ב in ט deductum videtur. Quantæ molis ille Taurus sit, vel inde apparet, quod loco panis cum eo comedendi Deus integrum globum terraqueum complicatum convivis porrigit. Ad imitationem Judaicæ avis Bar Juchne, edendam quoque in Paradiſo avem credunt Muslimanni, cui sunt 70000 plumæ, & e singulis plumis peculiare proditurum opsonium. Vino quoque, more Judaico, licebit

licebit indulgere, nulla enim ineptiandi vis erit, vide SURAT.

LXXXI. 25. II. *O pronos in terram homines, o pectora cæca!*

XXVI.

Perspiciunt satis hodierni Judæi fabulas hasce suorum Patrum
futiles esse, ideoque, ut illos excusent **דָּרְךָ מַשֵּׁלְךָ יְהוָה** *modoparabolico* locutos esse contendunt. Quorum institutum imitantur
hodie Mohammedani. Commodus nimis hic praetextus vide res Judæi.
batur, sed quem non una ratio refutat. Serio enim locutos esse
veteres Judæos, quin talia credenda obtruderent, dubitare nos
non finit locorum S. Scripturæ applicatio perpetua ad probanda sim-
gula, quæ docerent. Gravissimi certe criminis reos pronunciant
Proavos suos hodierni Verpuli, si omni animo & studio (studium
autem requiri, ut tam dissonæ fabella specie Scripturaria vestian-
tur, quis negabit?) id eos egisse concedant, ut literali Scriptu-
ræ sensu abutantur ad pallianda nescio quæ commenta, & parabo-
las. Quid est Scriptura abuti, si hoc non est, quando sacer textus,
a genuino, quem Sp. S. intendit, scopo deflegetur ad ridiculas
nugas, quæ cachinnos sanorum hominum provocant? Exempla
satis obvia sunt in Rabbinorum scriptis, & vel sola *Capitula R. Eliezeris* ea abunde suppeditant. Fateantur igitur necesse est,
vel recutitos veteres eam amplexos sententiam de corporeis Para-
disi in sæculo venturo deliciis, vel pessimo Scripturarum abusui ni-
mis indulsisse. Et ipse hic consensu edocet, non aliam antiquis
Judæis mentem fuisse, cum ab iis omnes hos terrenos & vere craf-
tos conceptus Mohammed desumserit.

XXVII.

Dum hic sententias Judæorum & Mohammedanorum de Cælo, De septem
beatorum domicilio, indagamus, non abs re erit hunc quoque no-

cælis.

tare Parallelismum, *Septem* ordinibus cælum distingui. Ita sen-

sit Mohammed. SURAT. II. 26. **وَهُوَ الَّذِي خَلَقَ لَكُمْ سَبْعَ سَمَاوَاتٍ**

مَا فِي الْأَرْضِ جَمِيعاً ثُمَّ أَنْتُو إِلَيْهِ السَّمَاوَاتِ

سَعَ سَمَاوَاتٍ *Hic est, qui creavit vobis quicquid in terra est:*

tunc adscendit ad cælos, eosque complanavit, septem cælos. Ita

etiam SURAT. XXIII. 17. **وَلَقَدْ خَلَقْنَا فَوْقَكُمْ سَبْعَ طَرَاقِيقَ**

Et profecto creavimus super vos septem cælorum ordines

ο

وَرَبُ الْمُمْوَنَاتِ السَّبْعَ دُوَيْنَسْ لَهُ الَّذِي خَلَقَ سَبْعَ مُمْوَنَاتٍ وَمِنَ الْأَضْرَافِ مُتَلَاهِنَ دُونُسْ، qui creavit septem cælos & terras similiter Paria vide SURAT. XVII. 46. XLI. 11. LXXXI. 3. Fusior est in hisce describendis Mohammed, ubi cum Abdalla loqui singitur pag. 192. Consentunt heic Judæi, in primis illi, qui ante Mohammedem vixerunt, illorum enim ratio potior habenda est, quam Verpulorum, qui hodie vivunt, & vel duos vel plures statuunt cælorum ordines, ac inter se diffentient. Hæc ergo invenimus in *Pirke R. Eliezeris cap. xviii.*
سبعة ركيعيم نرا حق به وملائكة لا بchor لمكون شبتوا
الله عربوتة Septem firmamenta creavit Deus Sanct. Bened. atque ex omnibus illis non elegit nisi Aravoth. Hoc nomine amanitatum intelligunt cælum supremum, quod thesauros mortis & vitæ rorem que in mortuos effundendum continet. In libro, **חנינה** hac serie septem cæli recensentur: שָׁמִים וּשְׁמֵי שָׁמִים רַקֵּעַ שְׁחַקְנָן מַעַן זְבוֹל עֲרָבּוֹת Cæli, cæli cælorum, expansum, nubes tenuissimæ, habitaculaduo, tenebrae. Septem quoque terrarum, שְׁבֻעָה אֶרְצֹות mentionem ibidem injicit R. Eliezer. Vide etiam *Wagenzeil. in Sota*, & add. *Not. pag. 1163.* & confer in rebus Mohammedicis *Pocockii Not. Miscell. ad Port. Mof. p. 252.*

XXVIII.

XXXVIII.

De septem Gehennam quoque, seu locum damnatorum, in *septem* mansio-
portis Ge- portis & Ordines dividunt Judæi. Prima mansio est Absalom, se-
hennæ. cunda Doëgi, Tertia Corahi, Quarta Jeroboami, Quinta Acha-
bi, Sexta Michæ, Septima Judæorum. R. Eliezer in *Pirke* hæc

Gaulmin. habet, ר' יוסי אוכר שבעה פחרוזים לניהנום Rabbi Jose ait:
Not. ad Septem portas habet Gehenna. Ita etiam Mohammed de inferno
Hist. Mof. p. 334. (quem ad imitationem Hebrææ vocis جهنم نیہنوم, vocat)
Septem portis discreto, nugatur. SURAT. xv. 44. لہ سبعة

ابواب اکل جاں منعم جز مقدمه
Sunt septem portæ, & cùilibet porta distinctæ sunt partes. Ita
nempe

nempe ut variis Gehennæ partibus suæ designatæ sint portæ, vel
unumquodque ostium usui singulari inserviat.

XXIX.

Duplicem in Gehenna pœnam, æstus & frigoris, aquarum ferventium & glacialium, concipiunt Mohammedani. De calidis legimus SURAT. XLVII. 17. وَسَوْدَاءِ مَا فَتَحْجَمَ اَمْعَامُهُمْ o bibent aquas calidas que intestina divident. XXIX. De Dupli- ci pœna in Gehenna æstus & frigoris.

SURAT. VI. 69. شراب لهم كفروا والذين

، مِنْ حَمِيمٍ وَعَذَابٍ الْيَمِينِ At illis qui infideles sunt potius erit ex aquis calentibus، وَпena dolorifica. Confer SURAT. xxxvii. 65. & xiv. 19. ubi aquarum purulentarum mentio est. كاليدس frigidæ conjunguntur SURAT. xxxviii. 57. فَلَيَجِزُ وَقُوَّةً

הַחֲמָם וְהַסָּاق, *Hic erit eorum potus, fervida aqua & frigida fætens.* Paria credunt Judæi. Ita narratur in Chaldaico commentario R. Simeonis Ben Zochai ad libr. *Zohar* **דֵּין סִכְרָרָא** *Din Sikkhera* **דְּמִינָה וְדֹא סִכְרָרָא דְּשָׁא רָא וְדֹא רִנָּא דְּנִרְנָהָם *Hoc latus est aquarum, illud vero latus est ignis: tam hoc quam illud est pœna Gehenna.* In libro *Zohar* dicuntur duobus judicis homines judicari in Gehenna, aqua & igne: aquis, iis videlicet, quæ descendent super ipsos, & frigidissimæ sunt instar nivis: igne aquis nempe subitus prodeuntibus, quæ ferventes sunt instar ignis. Quo videatur respexisse Paraphrastes Chaldaicus ad *Job. xxviii. 5* Calidas quoque aquas prope Gehennam memorat R. *Josua*, quandoitz חַדְּחָם אֶחָד שָׁחוֹא אֶל נְהָרִים וּמִזְאָה כִּים חַמִּים ait Abyssus una apud Gehennam scaturit, & promitt aquas calidas.**

XXX

*Medium dari locum מדור אמצעי inter cœlum & infernum, xxx.
ubi mediocres per XII. menses puniuntur, antequam ad superiora De Limbo
adscendant, statuunt Hebræi. Ita R. Schem Tof & Joseph Al-Judeo-
bo, citati Windeto de vita funeris. flat. sect. viii. Ita dicit R. Si- rum &
פושע יישראָל אין אוֹר של גִּיהְנוּם שׁוֹלְטָה Moham-
meon Ben Lakis medano-
rum. בָּהֵן Peccatores Israelis non consumet ignis Gehenna; hoc enim*

40 EXERCITATIO

vocabulo illos designant, qui grave commiserunt peccatum simplici pœnitentia non expiadum, vel quos Angelus mortis prævenit. Quidam hoc *Purgatorium* in inferiori loco statuunt, alii supra expansum. *R. Salomo* 7archi illud judicat oriundum esse ex sudore, quem **הַחִוּת הַמְוֻזָּה עַל רַאשׁ רְשָׁעִים** (*Ezechieli visa*) super capita impiorum. A quo figmento non multum abludit traditio Mohammedica, locum aliquem in supremo celo ex sudore vultus Dei creatum esse. Medium istiusmodi Limbum, seu locum purgationis animarum, admittunt similiter Mohammedani. Vocant illum **الاعراف**, *Araf*, quod vocabulum ab Æthiopibus desumptum esse *Job. Ludolfus* in *Historia Æthiopica* existimat. Extat hoc titulo integra in Alcorano *Surata*, numero vii. quam vide *vers. 44*. Orthodoxi hodie Muslimi in Gehenna inferiore hoc purgatorium collocant: ita enim scribit

وَدُوْمَن يَادِرَاج الْمَوْهَدِين مِنْ هُنَّ الْأَرْ بَعْدِ الْاذْتِقَام حَتَّى لَا يَمْقُبُ فِي جَهَنَّم مُوْهَدٌ *Et credet (Orthodoxus) exituros tandem ex igne eos, qui Unum Deum confitentur postquam penas delictorum luerint, adeo ut non permanens sit ullus in Gehenna, qui Unum Deum profitetur.*

S E C T I O N I I.

In RITIBUS RELIGIOSIS & PRAXI Consensum demonstrans.

T H E S I S I.

I.
Transitus
ad Ritus
religiosos.

Hactenus Consensum utriusque religionis Judaicæ & Mohammedanæ in ipsis fidei articulis & dogmatibus claresatis, ni fallor, ob oculos posuimus. Nunc ordine præstituto *Cultus religiosi species & Ritus quosdam* utriusque Gentilium communes contemplabimur. Hi nempe corculum constituant Mohamedanismi, uti & Judaïsmi. Utrique enim in commendanda illorum praxi laborant. Duce Abulfaragio hæc sunt **اصحاح شريعة الإسلام**, *Fundamenta Legis Islamitica I. Munditiae cura. II. Preces. III. Eleemosy-*

leemosyna IV. *Jejunia*. V. *Peregrinationes religiose*. In his autem omnibus & nonnullis aliis capitibus, consensum Mohammedianismi cum Judaismo exactus ostendere animus est.

II.

MUNDITIES itaque externa primo observanda venit; cuius maximam curam gerunt Mohammedani, unde hoc ipsius Mohammedani dictum referunt *Gazalius* & alii

De Mundities &
Lotionibus.

جَنِي الْدِين عَلَى الطَّهَارَة Fundata religio est super munditiem: vide Pocok

Not. ad spec. Hist. Arab. p. 302. In primis illa munditiei cura eminet in LOTIONIBUS, seu manuum seu aliarum corporis partium, quas præcepit Mohammed,

سُورَاتٍ. v. 4.

الَّذِينَ آمَنُوا إِذَا قَبَّلُوكُمْ الْمَصْلُوَةَ فَاغْتَسِلُوهُ وَجْهُوكُمْ وَأَرْدِيكُمْ الَّذِي السَّرَاةُ وَامْسِحُوهُ بِرُوسُكُمْ وَارْجِلَكُمْ الَّذِي الْكَعْبَيْنِ

O vos qui creditis, quando acceditis ad preces, lavate facies vestras & manus usque ad cubitos: dein ducite manum per superficiem capitis & pedum vestrorum, usque ad talos. Cui ritui congruit Judæorum קידוש ידים ורגלים Sanctificatio seu ablutio manuum & pedum, antequam rem divinam facerent. Vide Cod. Zoma c. III.

§. i. v. Lotionem manuum, quam jussit

נְטִילַת יָדֶם usque ad cubitos, hausit a Judæis, qui jubent

עַד הַפְּרָקָן, Lotionem manuum usque ad Perek, quæ est ipissima vox Arabica, per Metathesin פ & ר. Disputant Judæi R. Thanchum, Joseph Karo, Salomo Nathanides, aliquique Philologi, Scaliger, Drusius, Cappellus, & imprimis Pocokius in *Not. Miscell. c. ix.* quid per Perek intelligendum sit. Verum cum ubiunque occurrat, distinctionem innuat, fatentibus

Judæis, non possumus non cubitos, ubi ossium distinctorum concursus est, intelligere. Firmatur id amplius ex usu Mohammedanorum, quos, uti multa a Judæis defuserunt, & hunc ritum ab ipsis mutuatos esse satis appetat, patebit amplius, ubi tex-

F

tum

42 E X E R C I T A T I O

tum S U R A T . v . 9 . cum Rabbinorum placitis contulerimus . Ver-

ba hæc sunt . وَنَ كُنْتُمْ جَنِيْا فَأَظْهَرُوا وَنَ كَفَنْتُمْ

مَرْضِيْ او عَلِيْ سَخْرَ اوجَا اعْدَ مِنْكُمْ مِنْ

الْعَادِيْط او لَا كَسْتُمْ النَّسَاء فَلَمْ تَجْدُوا مَا فَتَاهُمُوْا

صَعِيْرًا طَبِيْبًا فَامْسَحُوا جَوْجُوْمَ وَيَسِيْكُمْ

Verum, si sitis polluti, mundate vos, & si sitis agroti vel in

itinere, aut quando Unus vestrum e latrina venit, vel rem ha-

buiſtis cum uxoribus vestris, & non invenitis aquas, arena seu

pulvere, qui in superficie telluris est, vos defricate. Licitum

hoc est. Et ducite manum per facies & manus detergendo. Si-

milia fere inveniuntur S U R A T . IV . 46. qua Philarabs cum hisce

conferat. Hausit hoc consilium ex scitis Rabbinorum, qui lo-

tionem manuum ante preces peragendam esse, præcipiunt: at si

longiori intervallo aquæ distent (monet R. Maimonides) סְלִנָּה

יְדֵי בַּצְרוֹר כִּאֵר אוֹ בַּפְּרָ אֶזְבּוֹן וּמְתֻפּלָּל abſterget(hom)

manus suas fasciculo aliquo aut pulvere, aut ligno, & tunc orabit.

Et quemadmodum Judæi septem liquorum genera, quæ in Lege

memorantur, vinum, mel, oleum, lac, rorem, sanguinem,

aquam, lotioni idonea admittunt, ita & Mohammedani, licet

in eo dissentiant, quod solam aquam adhibeant, septem hasce aquæ

species in Lotionibus probant, cœlestem, marinam, flumineam,

putealem, fontanam, nivalem, & grandinis. Solent etiam

hodie Muslimi, exemplo Judæorum, ad nescio quas minutias

descendere, & κενχρον τευπαν. Utrique pariter maximi mo-

menti esse has lotiones existimant. Judæi crepant, המללו נטילת

דִּים נַעֲקֵר מִן הָעוֹלָם Qui vilipendit lotionem manum,

extirpandus est ex hoc mundo. Et narratur de R. Akiba, quod

cum in vinculis esset, aquam, (quæ vix ea quantitate supererat,

ut siti satisfaceret) manibus affundi iusterit, dicens; Præstat me

ipsum siti enecare, quam præcepta majorum transgredi. Vide,

si plura desideras, Drusium de trib. Seſt. Judaor. L. II. p. 96. Lig-

foot. ad Matth. 23. 5. &c.

III.

III. De Precci. In Ritu P R E C U M maxima ubique harmonia est. Harum

tan-

tanta est aestimatio apud Mohammedanos, ut non dubitent asseverare illas esse **عَمَانُ الرِّجَنْ** فَمِنْ أَقَامَهَا فَقَدْ أَقامَ **الرِّجَنْ** ^{rumque tempore.}
الرِّجَنْ كَلَاهَا وَعَنْ دَرْكَهَا وَقَدْ هَدَمَ الدِّينَ **كَلَاهَا**
Columnam Religionis, quam qui confirmat, totam confirmat religionem: qui vero relinquit, totam destruit religionem: hinc illæ in Corano toties commandantur. Judæi quo pretio illas censeant, apparet, quod iis **עֲבוֹדָה זָרָה**, *cultus vocentur. Distinctius consensum notabimus, si ad Precum tempora, locos, & ritus paulo exactius attendamus. Stata precum tempora*
مَوَاقِيْتُ الصَّلَاةِ observingant Mohammedani, quorum I. est Tempore auroræ. II. Circa meridiem. III. Post meridiem sub vesperam. IV. Sole occidente. V. Media nocte. Eodem fere modo, quamvis nonnulla intercedat differentia, tradit Celeb. *de Dieu in comment. ad Act. Apost. c. III. v. 1.* Quem vide. Accurate tradunt Arabes initia horarum, quæ precibus destinatae sunt: ita ut initium horæ I. sit **أَذْنَ طَلْعِ الْفَجْرِ**

Quando prodit aurora. II **أَذْنَ زَالَتِ الشَّمْسِ**
Quando declinat sol a cœli culmine III **أَذْنَ خَرَجَ وَقْتُ الظَّهَرِ**
Quando exit tempus meridiei. IV **أَذْنَ غَرَبَ الشَّمْسِ**

Quando occidit Sol. V. **أَذْنَ غَابَ السَّفَقِ** **Quando recessit**
plane crepusculi rubor, & albedo, & nox ingruit. Judæi quoque statas precandi horas obseruant, quarum ordinem in compendio tradit R. Maimonides in *Jad Chasaka*, *tract. de Precib. c. 1.*

נִכְזָאוּ חַתְפּוֹת בְּכָל יוֹם שֶׁלֶשׁ עֲרֵבָה וְשְׁחָרִית 5. 10.
וּבְמַעֲדִים וּבְרָאשֵׁי הַדָּשִׁים אַרְבַּע שְׁלָשָׁה שֶׁל כָּל יוֹם וְחַתְפּוֹת

חַטּוֹפִין וּבְיוֹם הַכְּפּוּרּוֹם חַמְשָׁה אַרְבַּע אַיִלּוֹ וְחַתְפּוֹת נְעִילָה
Tres precatio[n]es fiunt singulis diebus, Nocturna, Matutina & Mincha. Diebus vero Sabbathi, & diebus festis, ac Calendis, quatuor, Tres nimis quotidianæ, & una superaddita; Die autem Expiationum quinque, quatuor illæ cum oratione clausula
Quem in finem statas quoque precandi formulas habent, quæ olim

18. constitutæ sunt a viris Synagogæ Magnæ, vide R. Davidem Ganzin **צמח דוד** pag. 56. edit. Vorst. sic etiam Mohammedani singulis horis preces accommodant, quas videlicet licet in Hottingeri Hist. Eccles. Tom. VII. qui ex M. S. Arabico nonnulla specimen exhibet pag. 494.

IV.

IV.
De Loci
precum.

In Loci ubi preces peragendæ sunt, superstitionis admodum sunt Judæi, & inter legitima precum requisita numerant **תיקון המקומות**, dispositionem loci: majoris enim efficaciam esse illas existimant, quæ in locis Sanctis, Hierosolymis, vel in Synagogis aut acroteriis funduntur. Credunt nempe Loci ipsius qualitatem non parum hoc conferre, כי הוא המקום המוחדר המכון לשכינה quoniam hic locus consecratus est, aptusque quem Deus inhabitet, quod probare conantur ex Genes. 28. 17. sic enim argumentantur: הלא תראה יעקב אבינו שלא תלה המראות אשר ראה לא בוכות נפשו ולא באמנותו וכבר לבנו אבל תלה אותן אחות במקומות כמו שאמר וירא ויאמר כה נורה המקום הזה Nonne respicis Jacobum, Patrem nostrum, qui non suspendit visiones, quas vidit, a merito suo, nec fide sua, aut puritate cordis sui, sed suspendit a loco, quemadmodum dictum est: Et timuit dixitque, Quam verendus est locus iste. Et notum est Epitheton, quo Hierosolymam ornant, uti קדושים Sanctam etiam teste moneta Judaica, quæ occasionem deditur creditur Herodoto Urbem Cadytin memorandi. Item prope sepulcra Sanctorum virorum libentur preces concipiunt. Ita ad sepulcrum R. Meir precari quotidie **Judeos** refert R. Benjamin in itiner. pag. 77. idemque de sepulcro Ezra ad Samuram fluvium hæc memorat ועשׂו לפני קברו כנסת מדורות ומצד אחד היושמעאים עשו בית התפללה מרוב הבחם בו ואוהבים את יהודים מפני זה באום היושמעאים **קהתפלין בכל יום יהודים** Quæ sic vertit Clar. L. Empereur. Ante ejus sepulcrum magna Synagoga adificata est: & ab altera parte Mohammedani magno in ipsum amore oratorium construxerunt, Judeosque diligunt Mohammedani, qui ideo ad preces convenient. En manifestum consensum, cum ad eundem locum precandi causa con-

confuant Judæi & Mohammedani. Refert idem pag. 76. Ju-
dæos Babylonios **בְּכָנָסִיּוֹת וְעֲלֵיהֶן דָּנִיאֵל**, in Synagogis &
Danielis frequenter precari. Imitantur horum institu-
tum Mohammedani, quorum hæc sententia est.

**المسجد الحرام ومسجد الرسول فرا افضل
من الصلاة في سائر المساجد والصلوة في
مسجد الرسول افضل من ائمها صلاة فيما سواه**

Preces in Templo Meccano & Templo Apostoli (Medinensi, ubi sepultus est Mohammed) præstant precibus que in reliquis templis funduntur. Et Preces in Templo Medinensi conceptæ meliores sunt mille precibus, que alibi funduntur. Hisce & similibus artificiis præparantur Muslimi, ut alacriori animo peregrinationes Meccam & Medinam versus instituant, & pericula viæ & vitæ fortius subeant: quæ nequaquam tanto zelo peragerentur, nisi persuasum haberent creduli Arabes, efficaciam precum, & cultus religiosi, majorem iis in locis esse, quorum sanctitatem tanto ope-
re commendant corum Antistites.

V.

De Pre-
candi ritu
& respectu
ad Kiblam.

In Precandi ritu respectus ad *Kiblam* non minimi est momen-
ti. *Kibla* vox Arabica est **قِبْلَة**, & notat illam vel coeli vel ter-
rae plagam, cui se obvertunt precantes. Ita Judæorum *Kibla*,
Hierololyma est, Arabum Mecca, aliorum aliud. Unde ele-
ganter hanc vocem ad Deum retulit *Ibn Phered*, Poëta Ægyptius,
Eumque sic alloquitur

جا قيلتني في صلاةي

انا قدمت اصلحي

O Kibla mea in precibus meis,

Quando precaturus confisto.

Pium sene & laudandum propositum, Deum in precibus ut *Kib-
lam* intueri! Judæi ergo, ubicunque terrarum essent, oculis in
Urbem & Templum conversis Deum supplices orabant, & in-
ter alia precum requisita & hoc numerant **עַמּוֹדָה נְכָח הַמִּקְדָּשׁ**
stationem versus sanctuarium. Unde & parietem Templi occi-
stionem versus sanctuarium.

dentalem respexisse Hizkiam, quando (Jes. 38. 2.) agrotans dicitur ad parietem se convertisse Judæi existimant: quod ita ex mente Jonathanis proponit Abarbinel,

ולדעת יתן הקור הוּא כותל מערבי

juxta sententiam Jonathani per parietem intelligitur paries Templi S. Occidentalis.

Videatur Targumista in Bibl. Buxtorf. ubi facies Hiskiae versa dicitur

לכוחתל בית קדרשא, *ad parietem domus Sanctuarii.* Ita

& in Urbis Hierosolymæ eversione τῶν ἐπινεόντων ἵκας ἀπέρεις τὸν ναὸν ἐφεώρα, morientium quisque fixis oculis templum intinebat, teste Euseb. Hist. Eccles. L. III. p. 78. edit. Paris.

quasi ultimis precibus Deo se commendarent. Et legimus in Arba Turim part. I.

אמ הוה עופר כה'ל יהוזר פנוו בנגד ארץ שיראל ויכון נס לירושלים ולמקדש

Si quis precaturus consistat exira terram Israeliticam convertat faciem suam ad terram Israelis, & respiciat Hierosolymam. Imitatus est hunc ritum Mohammed, qui & ipse, dum infestam sibi habebat Meccam, Hierosolymas respexit. At postea Meccam uti Kiblam habendam esse præcepit. Quod videntur innuere verba SURAT. II. 136.

سيقول السفها من الناس ما ولهم عن قبلتهم

اللهي كادوا عليهم قل لله المشرق والمغارب

ديهي من يسألي صراط مستقىم Dicent stulti,

quid avertit illos a Kibla, quam habebant? Dic iis: Dei est Oriens & Occidens, & ille dirigit, quemcunque vult, in viam rettam: & paulo post, versu 139.

فول وخدك شطر اليماني

الهرام وحيث ما كنتم فولوا وهو م شطر

Et converte faciem tuam versus Templum Meccanum, & ubicunque fueritis, facies vestras eo convertite. Quæ verba iterum

bis repetuntur ibid. vers. 144. & 145. Synonyma itaque apud Arabes sunt Kaba sive templum Meccanum, & Kibla, unde

أهل القبلة populus Kible vocantur.

VI.

Cestus inclinationum, sessionum, similesque definiunt in quibuslibet precibus Judæi. Ita quoque בראותה, seu γρυγλίσται affignant

affigant precibus ordinariis. Vide Maimonidem in *Hilch. Tephill.* nationum & in legitima precum dispositione requirunt, תִּקְוֹן הַנּוּךְ dispo- &c. sitionem corporis. Ad eorum exemplum Mohammedani singulis precibus certas incurvations tribuunt: quem ritum ipsi رَكْعَةٌ vocant. Notat illa vox (ab Rad. רָקֵעַ Hebraic. ori- unda) capitis inclinationem, quæ inter precandum solet fieri, ita ut manus imponantur genibus, vel depreclusum dorsum æqualiter exporrigatur: & cum hic ritus in precibus maximi habeatur momenti, simpliciter hoc vocabulum pro precibus usurpatur. Non habet heic omnes Arabum iugas, queis hæc materia scatet, وَمَا يَرْكَعُونَ persequi; quot incurvations, quot sessiones, quot adorationes, aliquæ milleniæ ritus observandi sint. Qui opera prestitum id duxerit, Cotovici itinerarium aeat.

VII.

In commendanda *Eleemosynarum* erogatione multi sunt Moham- De Ele- medani. Millies in Alcorano hæc formula occurrit، اذْوَلِ الرَّكْوَةَ emosynis.

Date eleemosynas: & tradunt recentiores Muslimi رَحْلٌ تَصْنَقْ جَصْنَقْ فَاحْفَاعَا حَتَّى لَا تَعْلَمْ شَمَلَةً مَا اذْعَتْ، Eum, qui eleemosynam dederit in occulo, adeo ut sinistra ejus non noverit, quid dextra expenderit, umbra solii Divini protegendam esse. Notamus vocabulum صَنْفَةً, esse ipsum Hebraorum צְדָקָה, justitia, quo nomine eleemosynas illi insinuant. Vide *Eliam in Thisbi*. Porro Judæi quoque in commendandis Elcemosynis multum laborant, & credunt, שׁוֹלֶה צְדָקָה כִּנְדָּר בְּלִכְזּוֹת præceptis. Tritum est illud Rabbinorum effatum, גָּדוֹל רְעוֹשָׁה Major est datus eleemosynam in occulto, Mose Magistro N. Ratio datur in *Pirusch Sentent. Moral. Ben Syre*, שָׁרֵר בְּמֹשֶׁה כִּתְבָּנָה יְנוּדָתִי מִפְנֵי הַאֲפָר וְהַחֲמָה אֲפָר וּבְנֹתָן צְדָקָה לְעַנִּי בְּסֶתֶר כתיב כְּתַנְן בְּסֶתֶר יְכַפֵּה אֲפָר De Mose enim dicitur (Deut. 2.) Timui a facie iræ furoris tui: verum de eo, qui eleemosynam pauperi dat in occulto scriptum est. (Prov.

Nizzah.
p. 133.

(Prov. 21.) *Munus in secreto datum, placat furorem.* R. Lip-
man sacrificiorum loco substitutas hodie eleemosynas scribit בְּמִן

הוּא רָאוּ לֵיתָן צַדָּקָה כְּנֶגֶד הַקָּרְבָּן vide *Hakspan. Not. ibid.*
p. 400. qui plura ejus farinæ testimonia colligit.

VIII.
De jeju-
niis.

In *Jejuniorum* observatione paria faciunt cum Judæis Moham-
medani. Notum est ex Historia Lucæ Euangelica, bis quavis heb-
domada jejunasse Judeos & præter stata jejunia habuisse תְּעִנִיָּת
חֲזִירָה, *jejunia hominis singularis*, quæ unicuique in casu spe-
ciali observanda essent. Pharisæi quidem sæpius & molestius je-
junabant, unde de R. Josua Fil. Anania narratur חַשְׁבָּרוֹ פָּנָי,
quod nigra fuerit facies ejus pra jejunis. Hod-
erni vero Judæi tam splendide cuticulam suam curant, ut non sit,
quod tantam exspectent miseriam: & ne verpuli inedia perirent,
constituerunt Rabbini tota nocte, quæ jejunium antecedit, lici-
tum esse, genio indulgere, donec lucescat oriens; tunc enim, sto-
macho bene præparato jejunandum est. Vide plura de jejunis
Hebræorum in *Massechet Taanith*. Ad exemplum Judæorum sua
obseruant jejunia Mohammedani, de quibus fuse egerunt Gabr.
Sionita, & Pocok. in Spec. Hist. p. 308. & alii. Jejunia in casu spe-
ciali (Hebræorum הַעֲנִיוֹת הַיְהִיד) jubentur in *Alcorano* SURAT.
17. 49. v. 91. LVIII. 5. Et quemadmodum Judæi celebrant fa-
mosissimum diem decimum mensis *Tisri*, jejunio, quod שׂוֹר
vocant, destinatum, ita & Mohammedani diem decimum men-
sis Moharram communi jejunio consecrarunt, quem ad imitatio-
nem Hebrææ vocis עַשְׂוָר vocant. Nec diffitentur
ipsi Arabes hujus diei, jejunio destinati, usum a Judæis didicisse
Mohammedem, quando hoc tempore Medinæ Judæos jejunantes
cerneret. Celebre præterea jejunium est mensis *Ramadani*, de quo
dicunt حَمْرَةُ يَوْمٍ شَهْرٍ رَّضِيَّةً أَصْلَلَ مِنْ صَوْمٍ سَعْدَ حَرَامٍ
jejunium diei unius in mense

Gol. Not.
ad Alfraz.
p. 9.

Ramadan prestat jejunio triginta dierum mensis sacri. De illo Go-
l. Not. ad Alfraz. p. 9. Ramadani vide. Solent quoque interdiu jejunare, noctu vero pergræca-
ri, uxoribus suis adesse, & potum Coffy maxima copia ingurgitare.

De gofli-
bus incli-

IX.

Nunc ad *Peregrinationes*. Quanti habentur illæ apud Judæos, De Pere-
iporum confessio & praxis edocebunt. R. Schem Tof in *Serm. de grinatio-*

nibus.

pænitentia, vult pœnitentem peregrinari. Sic enim ait, **גּוֹלָה**

מִכְּקוּמוֹ שָׁגָלוֹת כְּכָפֵר עַזְןָ *Migret ille de loco suo, nam mi-*

gratio, seu peregrinatio, expiat peccatum. R. Abraham, in Neve

Schalom, probare conatur peregrinationem non parum conferre

ad asequendum influxum divinum, ex eo, quod varietas locorum

efficit varietatem plantarum. De praxi Judæorum testantur Hi-

storiæ Euangelica, quando Prophetarum sepulcra ab iis visitariaf-

firmant. Et R. Benjamin in Itinerar. p. 78. de sepulcro Ezechie-

lis hæc refert, בְּאַיִם מְאָרֶץ מְרֻחָק שֶׁם לְחַפֵּל מִרְאֵשׁ הַשְׁנָה,

בְּעַד יְוֹם הַכְּפָרוֹת וְעוֹשָׂמָן שֶׁם שְׁמָחָה נְדוּלה

motissimis precandi causa confluunt; inde ab initio anni usque ad

festum expiationis, magna que agitant gaudia. Paria narrat de

וְסָמָן בְּנֵי נְדוּלה יְשֻׁמָּעָל בְּאַיִם pag. 79. Mohammedanis

לְחַטְפֵל שֶׁם, *Etiamque magnatum inter Ismaelitas filii pre-*

candi causa eo confluunt. Videatur quoque R. Abravanel de Cap.

fid. c. xii. Judæos adeo imitantur Muslimi, ut ad eandem A-

brahami ædicularam una cum ipsis peregrinari non recusent, teste

R. Benjamin. Solent quoque sepulcra Mohammedis, Alis, &

si qui sunt alii, religiose visitare; imprimis Templum Meccanum

quotannis visitant juxta mandatum Mohammedis. Vide sura t.

i. 119. & v. 98. Illud nulli infidelium intrare licet. Vide sura

t. ix. 28. Processionem quoque inter Zafam & Mervam (qui sunt montes prope Meccam) instituunt, cuius meminit su-

رَأْيَةٌ الْمَصْفَا وَالْمَرْوَةِ مِنْ شَعَاعِهِ 153.

اللَّهُ فَمَنْ حَجَّ الْبَيْتَ أَوْ اعْتَمَرَ فَلَا جَنَاحَ عَلَيْهِ

أَنْ يَطْوِفَ بِهِ Utique Zafa & Merva, sunt loca Deo sa-

crata. Et qui peregrinatur ad eadem Meccanam, aut ibi moratur,

crimini non vertitur, si circumeat illa. Quanti hunc ritum exti-

ment, vel id docet, quod, cum anno Hegiræ 317 Kermatiani

peregrinationes hasce suis latrociniis, Duce Abudhabero, infestas

redderent, & per 22 annos nobilis ille cultus cessaret, scribant

50 EXERCITATIO

Arabes hoc infortunium tale fuisse, ut nihil in Islamismo simile contigerit. Et hoc quoque tendit Historia SURATÆ 105, Quam explicat Pocock, in Not. ad Spec. Arab. p. 60.

X.

De Aver-
satione
suilla,
sanguinis,
&c.

Abstinentiam a cibis immundis, suilla imprimis, morticinio, sanguine & idolothysis, aliunde non haulit Mohammed, quam a Iudeis. Licet enim Suilla abstinuisse antiquos Arabes tradat Plinius (unde morem hunc e Saracenisino derivandum esse colligi posset) nulla parte nostram sententiam infirmat. Si enim omnes Arabes intelligit, manifesto fallitur; cum Maimonides (qui proprius & accuratius eorum mores, & scripta inspexit, quam Plinius, qui de gente remota testatur) contrarium doceat. Si quodam innuit, consuetudine fieri potuit, ut paucorum mores in omnes diffundantur; vel fortasse nonnulli ex naturali ἀντίπαθει aut obliterata πατροπαγεδότῳ traditione, ab iis abstinuerunt. Quicquid sit, constat nullo præcepto aut Lege Divina Arabibus in Saracenismo interdictum fuisse porcinæ carnis, aut sanguinis cœsi. Sed Mohammed expresse id vetuit SURAT. v. 4.

حُرِّمَتْ الْمَيْتَةُ وَالنَّمَاءُ وَالْخَنَزِيرُ وَمَا أَهْلَكَ لِغَيْرِ إِلَاهٍ بِهِ وَالْمَنْكَرَةُ وَالْمَوْقُوذَةُ وَالْمَتْرَدِجَةُ وَمَا أَكَلَ السَّبُعُ عليهكم الميتة والنماء والخنزير وما أهل
Prohibita sunt vobis, morticinium, sanguis, & caro porcina, & viictima, super quainvocatum est aliud quam Dei nomen, & suffocatum, & fusile necatum, & precipitatum ex alto, & cornu petitum, & quod comederunt ferae. Confer SURAT. VI. 146. & XVI. 116. ubi eadem fere repetuntur. A Iudeis hæc desunta esse quis dubitet? Illos enim, excepto idolo, nil magis horrere quam porcum (ideo דבר אֲרוֹר dictum) nemo ignorat. Et notus est, ex Suetonio, elegans Imperatoris Augusti de Herode jocus,

Herodis mallem porcus quam filius esse.

Porro morticinium, suffocatum, laceratum a feris, sanguinemque, inter אַסּוֹרִי אֲכִילָה prohibita esui, numerari, neminem latere potest. Quamobrem hisce diutius non inhæremus.

X.

XI.

XI.

Divortia leves ob causas Utrique permittunt. Judæi certe de-
sultorio nimis animo מיאנים, repudiorum consuetudini indul-
fere. Ita Herodias, a Philippo dimissa, Herodi nupsit; &
Drusilla, ab Azizo relicta, cum Felice vinclo nuptiali ligata est.
Licebat enim, secundum scita scholæ Hillelianæ, uxorem repu-
diare, si ea liberis pariendis inepta, si austera sit, si cibos non sa-
tisdelicate præparet, vel si ipse domi formosiorem habeas, vel mu-
tuus intercedat consensus. Ita in Dialogo Ben Syre, ait Rabbi
אָנָי רֹזֶחַ לְגַרְשֵׁנָה אֲתָה בְּשִׁבְלֵל שֵׁשׁ בְּחַצְרוֹ אֲשֶׁר יִפְחַ
בִּזְוֹתָר Volore repudiare uxorem meam, quia domi formosiorem puel-
tam habeo. Unde non abs re levitatem animi Judeorum incre-
puit, dum in his terris viveret, Servator noster. Matth. V. 31.
& alibi. Certe maxima erat repudiandi conjugem libertas, quæ
omnis modestia & vincl maritalis limites transfiliit. Si quis enim
a Rabbino hoc vel illo, quo familiariter utebatur, licentiam dan-
di ספר כבירותות, Formulam divortii impetrasset, illico conclu-
matum erat. Quod cum animadverterent moderatores Judæi,
titulum מורה, Doctoris excogitarunt, ut non nisi a Doctore בִּבְלָא-
דָּרְשָׁנִים quirent exigit: qui cum rarius crearentur, rarius quoque
conjugum repudia contingere debuerunt. Imitantur Judæos Mo-
hammedani; ipse enim Pseudopropheta suis divortia concedit

وَإِن كَرِهُنَّ مُؤْمِنٍ فَعَسَيْ أَن SURAT. IV. 23. & 24

ذَكَرُهُنَا شَيْئاً وَجَعْلُ اللَّهِ فِيهِ خَيْرًا كَثِيرًا
 وَإِنْ أَرَدْنَا مُؤْمِنًا زَوْجًا مَكَانًا زَوْجًا وَأَقْبَلْتُمْ
 احْدَى أَهْنَ قَنْطَارًا فَلَا تَخْنُوا مِنْهُ شَيْئًا إِذَا نَرَدْنَا
 دُوَّنَانًا وَأَقْبَلْنَا Et si abhorreatis eas (uxores vestras)

forte abhorretis aliquid, in quo Deus bona multa posuit: at si ve-
 litis commutare uxorem loco uxorū, & dedistis uni illarum ta-
 lentum, ne recipite ab iis. An capietis illud odiose & in cri-
 mine manifesto. Hinc orta est immoderata divortiorum licentia,
 cuius rei exempla in historiis Muslimorum passim obvia sunt. Ita
 de Walide refert Ebnol Amid Elmacinus quod LXIII. uxores
 duxerit & dimiserit.

XI.
 De licen-
 ti Divor-
 tiorum.

XII.

XII. Denique pessimam *Jurandi* per quælibet obvia consuetudinem, quæ in Alcorano frequens est, unde hausit Mohammed quam a De Juran-
di con-
fuetudine. *Judæo Abdalla*, qui suum & suæ gentis turpissimum cacoëthes
Mohammedi affricuit. De Judæis testatur Historia Euangelica
Math. v. 33. xxiiii. 27. ubi differentem fuse *Ligtfootum* con-
sule. Jurabant ordinario *בְּהֵיכָל per Templum*, *הַכּוֹבֶד per caput meum*. Ita & Mohammedani nil magis in ore
habent, quam *وَاللَّهُ per Deum* *درسي* *per caput*
meum, quod testari possunt, qui eorum consuetudinæ usi sunt, uti
Golius & Hottingerus, qui, dum in ædibus *Golii* habitabat cum
Mohammedanis Mauris egit sèpius. Amplissima juramentorum
seges in ipso Corano est uti *SURAT. XXXVI.*
وَاقْرَأْنَاهُ الْحَكِيمُ
Per Alcoranum doctum SURAT. XLIII. I. *وَالْكِتَابَ*
وَالذَّارِيَاتِ, *Per Librum manifestum SURAT. LI. I.* *الْمَبِينَ*
فَرَا *Per Ventos celeriter prætereuntes. SURAT. LII. I.*
وَالظُّرُورِ وَكِتاب مَسْطُورٍ فِي رَقِ مَمْشُورٍ وَالْبَيْتِ
الْمَعْجُورِ, *Per Montem, & Librum nitide delineatum in per-*
gameno explicito (intelligit sine dubio Librum ab Angelis conscrip-
tum, in die Judicii explicandum, de quo videatur Golii Lex. v.
(رق) & templum quod visitatur Mecca. SURAT. LXVII.
وَالْجِنِّ وَالزَّيْتُونَ *وَالْقَلْمَنْ*, *Per Calamum. xcvi. I.*
وَالْفَجْرِ *Per Auroram. ciii.*
وَالصَّمَاءِ وَالظَّارِقِ *وَالْعَصَرِ*, *Per Vesperam. lxxxvi. I.*
وَالْأَرْضِ ذَاتِ الْعَدْوَى *Per Terram, que emittit germina;* ut alia multa, in
ultimis Alcorani capitibus obvia, juramenta omittam. Hisce
omnibus adjicere possemus nonnulla, quæ consensum Utriusque
Pleu-

Pseudotheologiz firmarent amplius. E. G. Quod utrique Pænitentiam magnopere commendent, Decimas dare jubeant, & Somniorum curam habent maximam. Verum quia hæc latius extendere hujus Exercitationis limites non permittunt, transimus ad Fabellas & Historias, ut in iis, juxta seriem historie Biblicæ, Consensum Mohammedanistri cum Judaismo ostendamus. Sed ex mesle modo manipulum.

S E C T I O III.

In FABELLIS & HISTORIIS Mohammedanorum & Judæorum Consensum ostendens.

T H E S I S I.

DE Adamo, quot & quanta nugentur Mohammedani, vix aliquis crediderit, nisi qui Arabum monumenta consuluit. En textum Alcorani, quem e scriptis Judaicis haustum mox probabimus, *sura t. 11. 28. & seqq.* وَانْ قَالَ رَبُّكَ لِلْمَلَائِكَةِ أَذِي جَاعِلٍ فِي الْأَرْضِ خَلِيفَةً قَالُوا إِنَّجَعَلُ فِيهَا مَنْ يَغْصُدُ فِيهَا وَيُسْفِكُ الرِّزْقَ وَذَنْبَنْ نَصْبَحُ بِهِمْ وَذَنْبَنْ لَكَ قَالَ أَذِي اعْلَمُ مَا لَا تَعْلَمُونَ وَنَلَمْ آدَمَ الْأَسْمَاءَ كُلَّهَا ثُمَّ عَوْنَاهُمْ عَلَيِ الْمَلَائِكَةِ فَقَالَ أَذْبَهُ وَذِي جَاسِمًا هُولَا انْ كَنْتُمْ صَادِقِينَ قَالُوا سَبِّحْا نَحْنُ لَنَا مَا عَلِمْتُمْنَا أَذْكَرْتُ الْعَلِيمَ السَّكِيمَ قَالَ هَا آدَمَ اذْبَهُمْ جَاسِمَاهُمْ فَلَمَّا اذْبَهَمْ جَاسِمَاهُمْ قَالَ إِنَّمَا أَقْلَمْ لَكُمْ أَذِي اعْلَمُ غَيْرِ الْمُهْمَوْاتِ وَالْأَرْضِ I.
Quæ narrant de Adamo Judæi & Mohammedani.

quando Dominus tuus dixit Angelis, ego ponam Chalipham (vicarium) in terris, dixerunt: Num pones in ea talem, qui corrupie agat & sanguinem effundat, cum nos laudes tuas celebremus & te sanctificemus? Dixit, Ego scio quod vos nescitis. Et docuit Adamum nomina omnia; & postea Angelis ea proponuit dicens: Indicate mihi harum rerum nomina, si estis veraces.

Dixerunt illi: ab sit; non est nobis scientia ullius rei, nisi quam nos docuisti. Tu certe sciens & sapiens es. Dixit Deus, O Adam, indica ipsis horum nomina, & cum indicasset illa, dicebat Deus, Nonne dixi vobis me scire secretum celorum & terra? Continuationem ejusdem historie pleniorum exhibebit SURAT.

قلنا للملائكة أسمحوا لآدم فهم حذروا ألا
أجليس لم يكن من الصالحين قال ما منعك
أن لا تسبح أن أمرتك قال إذا خير منه خلقتني
من ذار وخلقتة من طين

Diximus Angelis, adorate Adamum, & adorarunt omnes, excepto Ibliso (Satana) qui non fuit ex adorantibus. Dixit (Deus) Quid impedit te, que minus adores id quod pracepi? Respondit ille. Ego sum prestantior eo, creasti me ex igne, at illum ex luto. Repetitum eadem fabella ad naufragium, adeo Mohammedi illa placuit SURAT.

xv. 27. 28. 29. xvii. 63. xviii. 48. xx. 115, xxxviii. 71. Conferantur haec cum nugh Rabbinorum super hac materia, quas R. Eliezer in Pirke sic proponit cap. viii.

אמר הקב"ה למלائي השרת בואו ונגמול חסד לאדם
Dixit Deus S. Bened. Angelis ministerii: Venite & beneficentiam praestemus Adamo. Et paulo post, cap. ix. אמרו מלאכי השרת לפני
הקב"ה רבנן כל העולמים מה אדם ותרעהו אדם להבל
רمه אין על עפר משלו אמר להם מה שאותם מקסליין
אותי בעלינים הוא מיחד אותו בתהותים ולא עוד אלא
יכולין אתה לעמוד ולקרוא שמות לכל הבריות עמדו ולא
יכלו מיד עמד אדם וקרוא שמות לכל הבריות שנ' ויקרא

Dixerunt Angeli ministerii coram Deo S. Bened. Domine omnium orbium, quid est homo ut cognoscas eum? homo vanitati similis est, neque est supra pulverem dominium ejus. Respondit iis: Quid vos me celebratis in excelsis, qui unus & idem sum in inferioribus. Et num vos poteritis surgere & vocare nomina omnium creaturarum? Surrexerunt, sed non potuerunt (nomina dare) Mox surrexit Adam & appellavit omnes creaturem nominibus suis, juxta illud quod dictum est

Gen.

Gen. 2. 20. Dedit Adam nomina cuilibet bestia. Idem narratur in Commentario R. Mosis, dicti, Commentatoris, ubi haec legimus דבר הַקְבָּה לִמְلָאכִי הַשְׁרָתָה הַשְׁתָּחוֹ לוּ בָאּו מֶלֶאכִי הַשְׁרָתָה לְרַצְנוֹ שֶׁל הַקְבָּה וְהַשְׁטָן הוּא גָדוֹל מִכָּל מֶלֶאכִי הַשְׁמִים וּוְדָכֵר לְהַקְבָּה רְשָׁלָעַ יִצְרָת אֲוֹתָנוֹ מִזְוִינָה וְתַדְבֵּר נְשַׁתְחָוָה לְאֶשְׁר יִצְרָת אָוֹתוֹ מַעֲפָרָה דָכֵר לוּ הַקְבָּה וְשֶׁהָוָא מַעֲפָרָה אַרְעָה יִשְׁבַּן הַחֲכָמָה בְּן הַבִּנְהָה שָׁאוֹן בְּךָ וַיְהִי כִּי לֹא אֲכָה לְהַשְׁתָּחוֹת לוּ וְלֹא שָׁמַע לְקוֹלוֹ שֶׁל הַקְבָּה טָרוֹן מִן הַשְׁמִים וְהַיָּה שָׂטָן

Dixit Deus S. Bened. Angelis ministerii, ut supplicarent ei (Adam) Venerunt Angelii ministerii ad Dei Beneplacitum. Satan vero major erat omnibus Angelis in calo: locutus est igitur Deo S. Bened. & ait, Domine mundi, nos creati sumus ex splendore Divinitatis, & tu dices nobis ut adoremus illum, quem de limo terra formasti? Dixit ei Deus S. Ben. In isto, qui de limo terra est, plus sapientiae & intelligentiae, quam in te, est. Evenit ergo, cum nollet ei supplicare, nec obediens voci Dei S. Ben. expulsus est cælis. Quis summam utrobique harmoniam non perspicit?

II.

Quod poenitentiam egerit Adamus, & quo modo, confiden-
ter tradit Mohammed sura t. II. 25.

فَتَاقَهُ إِدْمَ مِنْ رَدْهَ كَلْمَانْ فَتَابَ عَلَيْهِ أَذْهَهُ هُوَ اَنْوَابُ الْرَّهِيمِ

Nactusque est Adam a Domino suo verbæ, & conversus est ad ipsum; ille enim est conversor misericors. Idem Judæi, uti ex Capitulis R. Eliezeris cap. xx. manifestum est. באחד בשבת נכנס אדם למי גוזון העליון עד שהגינו הימים עד צווארו Quodam Sabbatho ingressus est Adam aquas Gibon superioris, donec pertingerent aquæ ad collum ejus: & supplicatus est decem diebus Sabbathorum. Mox subdit: מה עשה הקב"ה פשת ד ימין והעביר את המתו Quid fecit Deus S. Bened! Extendit dextram suam & removit ab eo omne peccatum ejus, & recepit con-

II.
De Poenitentia & exilio Adami.

عَلَيْهِ جَمِيلٌ
عَسْرَدِنِيَّبْ جَمِانُ الْفَهْنِ
in montem ex montibus, India
Sarandib, Mohammedani scribunt. Ismael Abulfeda montem
Rahonem memorat ، الْرَّهُونَ
في جزيرة سارنديب ، in Insula Sarandib
، عَبْطَ عَلَيْهِ اَنَمَّ مِنَ الْجَنَّةِ
in quam translatus est ex Paradiso Adamus. Ita variant Muslimi,
nunc Sarandib montem, nunc Insulam , aut fluvium nuncupan-
tes. Vide Selden. Jus. Nat. p. 342. Inter Judæos paria refert
R. Abraham Zacuth in Historia, quam inscripsit. סִפְרַ יְהוָחֶדְן

III.

III.
De Caino
& Abele,
cum ge-
mellis.

Gemellos natos esse cum Caino & Abele narrant Mohammeda-
ni, si fides vetustissimo Libello, Theologæ Mohammedis,
qui ex Arabico versus Retinenensi editioni subjunctus est. Ibi enim
dicitur, omnes Evæ partus , præter Seth , gemellos fuisse, sin-
gulos ex masculo & femina. Patricides (nam a Mohammedanis
ad Christianos quoque orientales hæc fabula derivata est) nomina
gemellorum, ne quis dubitet, referre non veretur. Cum Caino,
inquit, nata est puella أَزْرُونْ Azron; cum Abele أَوْجَنْ
Awin. Didicerunt hæc a Judæis, perpetuis suis Dictatoribus
Muslimanni ; at variant nonnihil eorum sententiae. In Falkut
Hattorah fol. X. col. 3. dictum Rabbini proponitur. נֹלֵד קִין
ואשׁתּוּ תְּאוּמָתוּ עִמוֹ וּוֹלֵד הַבָּל וּאשׁתּוּ תְּאוּמָתוּ עִמָּו ר'
אָמַר קִין וּהַבָּל תְּאוּמִים הוּא שֵׁנִי וְתָהֳרֵךְ אֶת קִין וְנוּ
Cain natus est cum uxore sua gemella, & Abel natus est cum uxore
sua gemella. Rabbini dicunt. Cain & Abel erant gemelli, juxta id
quod dicitur (Gen. iv. 1.) & concepit & peperit Cainum. Nec
abludit R. Abraham: אמרו ר' זל שנולדו עמו שתי תְּאוּמָות:
Dicunt Rabbini, quod cum eo (Abele) nata sint due gemelle:
יצא קין בראשונה הוא ותְּאוּמָתוּ ואחר כך יצא הַבָּל,
עם שתי תְּאוּמָות Primum prodidit Cain, una cum sorore sua ge-
mella, & postea prodidit Abel cum duabus suis gemellis. R. Eliezer

Tzror
Hammor
fol. ix.
vol. 2.

in Pirke cap. xxii. observat R. Jose id dici, Cainum & Abelem gemellos fuisse. Eadem sententia fuit R. Mosis Haddarschan על למלחה שנים וירדו שכעה קון והאומתו הבל ושתי חאוותיו וחספ' לרחת את אחיו את הבל Adscenderunt ad lectum duo (Adamus & Eva) & descendunt septem, Cain & Soror ejus gemella, Abelus & duæ ejus gemella (nam in textu est) & addidit parere fratrem suum Abelem.

IV.

Caini & Abelis colloquium pari audacia referre (licet Scriptura taceat) Judæi & Mohammedani sustinuerunt. Fateor, aliter quodammodo in Judaicis monumentis narratur, aliter in Alcorano: sed nonnulla studio pervertisse Mohammedem, ne consensus eluceret, observavimus antea. Quousque convenienter, Lector Judicet. Ita legimus S U R A T . v . 30.

De Caini
& Abelis
colloquia.

وَأَذْلَلَ عَلَيْهِمْ ذَبَابًا أَبْنَى
إِنَّمَا جَاءَ لِحُقْقَادَنْ قَرَدَانْ فَتَقْبَلَ مِنْ أَهْدَاهُمَا
وَلَمْ يَتَقْبَلْ مِنَ الْآخَرِ قَالَ لَاقْتَلْنَاهُ كَيْ قَالَ إِنَّمَا
يَتَقْبَلُ اللَّهُ مِنَ الْمُتَّقِينَ لَيْسَ بِمُطْكَنٍ إِلَيْهِ يُورَكِي
لَاقْتَلْنَاهُذِي مَا إِذَا دَمَاسِطَ وَدِي الْيَكَ لَاقْتَلْنَاهُ كَيْ إِذِي
أَخَافُ اللَّهُ رَبُّ الْعَالَمِينَ إِذِي ارْهَنَ أَنْ تَبْوَأْ جَاهَنَّمَيْ
وَأَذْمَكِي فَذَكَوْنَ مِنْ أَمْحَبِ النَّارِ وَذَكَرِي جَزَّا
الظَّالَمِينَ

D e c o m p -
s u n d a y -
a i l

Narra illis historiam filiorum Adami in veritate.

Quando offerebant oblationes suas, et accepta fuit ab uno, & non accepta est ab alio, dixit hic; occidam te: Dixit ille, Deus acceptum habet id omne quod faciunt ejus cultores, & si tu extendas manum tuam ad occidendum me, non tamen ego extenderem manum meam ad occidendum te; certe ego Deum timeo, qui Dominus est seculorum. Utique ego volo ut meum pariter & tuum reatum in te suscipias & tu eris ex sociis ignis (infernalis) & hoc est pena impiorum. Non dissimilia legimus in Targum Hierosolymitano אמר קון להבל אחוי ליה דין ולית דין ולייט עלם אחרון ולא לממן אנגר טב לזריקה ולא לאחרפרא H

לאתפערן מן רשייעא ולא ברחמן אתבר עלמא ולא ברחמן הוא מדבר מן גניל מה אתקבל קורבן מנך ברען ומני לא אתקבל ברען עני הבל ואמר لكن אית דיז ואיתס מותן אגר טב לצדיקא ולאתפערן ברשייעא וברחמן אתברי עלמא וברחמן הוא סדר ברם בפרי עובדין טבנן הוא מדבר על רהון עובי תקנין מן דירך אתקבל קרבני מני ברעהו ומנן לא מתקבל ברעהו *Dixit Cain Habeli fratri suo: Non est Iudicium, neque Judex, nec saculum futurum, nec merces bona justis danda, nec vindicta in impios exequenda: nec in misericordia creatus fuit mundus, nec in misericordia dictum fuit, quod oblatio tua recepta fuerit in beneplacito, mea autem ita recepta non fuerit. Respondit Abel & dixit fratri suo: Est Iudicium, & est Judex & est saculum futurum, est merces bona justis danda & vindicta in impios exequenda, & in misericordia creatus est mundus, & in misericordia dictum fuit (at de frumentis bonorum operum dictum fuit) quod opera mea recta praeuis fuerint, in beneplacito acceptam fuisse oblationem meam, tuam autem eo modo non fuisse approbatam. Videlur haec fabella ortum traxisse ex verbis Genes. iv. 8. quæ interruptum & hiantem sensum præse ferre judicabant Judæi, unde ex Lege non scripta haec supplere voluerunt.*

V.

v.
De Sepul-
tura Abe-
lis.

Sepulturam Abeli ita narrat Mohammed surat. v. 34.
فبعث الله غرابة يبعث في الأرض ليرده سيف
ديواري سواه أخيه قال يا ولدي اعجزت ان
أكون مثل هذ الغراب فما ولي سواه أخي
فاصبح من الناس ميدين *Et misit Deus corvum, qui terram fodiebat, ut occulare posset cadaver socii sui; dixit Cainus: ne mihi, num tam impotens sum ut non possim huic corvo esse similis & occultem fratrem meum: & evasit paenitens. Haulta haec a Judæis esse ostendunt Capitula R. Eliezeris, ubi hac legitimus cap. xxii. והו ארם ווערו יושבים ובוכים ומתאבלים מה לעשות להבל שלא הו גהונט בקורה בא עורב אחד ולא*

וְלֹא הָיוּ דָשִׁים וְנוּ Et sed erant Adam & uxor ejus flentes & lugentes propter eum (Abelem) & nesciebant quid faciendum esset Abeli, non enim assueti erant sepulturæ. Venit autem illuc corvus quidam, qui socium suum in terra sepelit coram illorum oculis. Dixit Adam, ut ille corvus fecit, sic ego quoque faciam. Et statim defudit cadaver Abeli in terra.

VI.

Ad textum Gen. vi. 2. & viderunt filii Dei filias Adam, quod pulcra essent, nugatur R. Moses Haddarschan, Deum Angelis Schamchazai & Azael concessisse, ut terram incolerent & in ea nomen Dei celebrarent. At quid accedit? VI.

De Angelis in terram misis.

ראה שכחוי רבה אחד ששם אשתירא נחן עניין בה אם לה השם עלי אמרה לו איני שומעת לך עד שתתלמודני שם המפוש שאותה עליה בו לרקיע בשעה שאחתה זכרו מיד למדתך והזכירתו ועלתה בו לרקיע וגנו' *Vidit Schemschusai Dominam quandam cui nomen Asthira. Quae cum ipsi placeret, dixit: Obedi mihi: at illa respondit, non ego obedio tibi, nisi me docueris nomen (Jehova) expositum, cuius virtute tu in cœlum adscendis quando illud nominas. Docuit ergo illam, que eo nominato adscendit in cœlum. Dixit Deus S. Bened. cum hac sic fugerit transgressionem faciam illam exemplum, cuius in eternum sit memoria; statimque Deus desfixit illam inter Pleiades. Non aliunde desumpta est fabula Mohammedica, quæ in Dialogo Mohammedis cum Abdalla extat. Fuisse nimirum binos Angelos Arot & Marot a Deo in hunc mundum missos, qui, ubi diu probe se continuissent, tandem mulieris formosissimæ amore capiebantur, adeo ut ipsam ad concubitum invitarent. Illa promittit, si se docuerint illa verba, quorum virtute in cœlum adscendunt, & descendunt. Quod ubi edacta erat, in cœlum evolavit, & a Deo in stellam, Luciferum, mutata est. Angeli ipsi suspensi sunt per pœnitentiam inter cœlum & terram: quod & ipsum R. Moses Commentator ibidem dicit. Vide Raim. Martin. Pug. Fid. p. 939.*

VII.

Abrahami parentem idolorum cultorem imo & fabrum fuisse, cui se opposuerit filius adhuc puer, hinc in ignem conjiciendus, De Abrahamo narrant Judæi & Mohammedani. Legimus ea SURAT. xix. 43. noclaſte.

XXVI. 30. XXXVII. 89. 90. In primis SURAT. XXI. 53. ubi haec verba sunt, prout ex Arabico vertimus. *Dixit (Abraham) Parenti populo suo, quales sunt haec imagines, quas religionis ergo assidue visitati?* Responderunt: *nos invenimus patres nostros illa caluisse: dixit profecto vos & patres vestri erratis manifesto.* Responderunt, *num serio id dicis an joco?* *Dixit ille: Imo Dominus vester Dominus est calorum & terre, eorumque creator, quod ego testor.* Per Deum excelsum, ego dolum struam vestris idolis. Postquam illi ergo obverso abiissent, in fragmenta secuit imagines omnes, excepta maxima, ut fortassis ad illam reverterentur. (*Reveri*) dixerunt: *Quis fecit hoc Diis nostris? certe ille est impius.* Dicebant: *Audivimus juvenem esse, qui de illis (idolis) locutus est & vocatur Ibrahim.* Prodeat in conspectum hominum ut de eo testentur; Dixerunt, *Tunc hoc hoc fecisti Diis nostris, o Abraham?* Respondit, *imo fecit id maximus illorum.* Hinc porro conabatur Abrahamus idolorum vanitatem demonstrare v. 66. Subiungitur v. 68 ejus tentatio per ignem. Dixerunt: *Urite illum & defendite ita Deos nostros.* *Diximus, o ignis frigidus sis & salutaris Abrahamo.* De igne, paria vide SURAT. XXIX. 23. XXXVII. 83. 95. Certe non sunt haec nisi vestigia Mataiologiæ Rabbinicæ: Judæi enim narrant Abrahamum omnes Therachi parentis statuas diruisse & in ignem conjectum esse: quæ fabula ex voce אור, Ur Chaldaeorum, unde liberatus dicitur Abrahamus, originem duxit. At nota haec sunt, & in scriptis Hottingeri, Heidegeri & aliorum obvia.

VIII.
De libris
Abrahami.

Libros attribuunt Abrahamo Mohammedani. SURAT. LXXXI.

36. 37. & LXXXVII. 19. وَابْرَاهِيمَ وَمُوسَى صَدَقَ

In libris Mosis & Abrahami. Unde id natum existimemus quam libro יִצְרָאֵל, quem Abrahami Judæi adscribunt: uti ex Sepher Juchasin, Cozri, & ipso libro Jetzirah, qui cum Rittangelii notis prodiit, videre est. Cujus libri fingendi occasio nata videtur, ex disputationibus Abrahami contra Polytheismum Sabiorum, quarum meminit Mohammed. SURAT. XXIX. 15. XXXVII. 83. uti & Judæi.

VIII.

IX.

IX.

De *Jacobo* Patriarcha scribit Mohammed, quod morti proximus filios suos de colendo uno Deo admonuerit, illosque, interro-

I X.
De Jaco-
bo.

gatos an Polytheismo & idololatriæ se dederent, respondisse, sta-

re sibi sententiam adorandi unum Deum, Deum Abrahami, Isaaci

& Jacobi. *أَنْعَمْفُون* hoc Christianis est, at narratur a Mohamme-

de SURAT. 11. 126.

وَوَهْيَ بِهَا أَبْرَاهِيمَ بِنْ يَحْيَى
وَيَحْيَقُوبَ بِهَا بِنْ يَهْيَى أَنَّ اللَّهَ اصْطَفَهُ لِكُمُ الْمُرْسَلِينَ
فَلَا تَمْوَدُنَّ إِلَّا وَإِنْتُمْ مُسْلِمُونَ أَمْ كَفَّنَمْ شَهَدُوا
أَنَّ حَضْرَتَ يَحْيَقُوبَ الْمَوْتَ أَنْ قَلَّ لِبَذِيرَةٍ مَا تَعْبَدُونَ
مِنْ بَعْدِي قَالُوا ذَعَبَنَ الْيَكَ وَاللَّهُ أَبْدَيْكَ أَبْرَاهِيمَ
وَاسْمَاعِيلَ وَاسْحَاقَ الْهَادِي وَاحْدَهُ وَذَهَنَ لَهُ مُسْلِمُونَ

Et monuit de ea (Unitate Dei) Abrahamus filios suos & Ja-
cobus: o filii mei, elegit vobis Deus religionem & non moriemini nisi Muslimi, (fideles) An es sis testes? Cum appropinqua-

ret Jacobo mors, dixit filii suis; quid coletis post me? dixe-

runt: Colemus Deum tuum, & Deum Patrum tuorum, Abra-

hami, Ismaelis & Isaaci, Deum unum, & nos ipsi religiose nos

submittimus. Desumtam hanc fabellam esse a Judæis appetet ex

Targum Hierosolymitano, ubi ad Parasham *וְאַחֲרֵנִים* *hæc verba*

בֵּין דָמְתָא כֹּזֶא דָאַבּוֹן יַעֲקֹב לְמַסְתָּלָקָא מַנוּ עַלְמָא קְרָא

לְתָרִי עַסֶּר שְׁבְטִיא בְּנֵי וְאַקִּים יְתָהּוֹן חֹור לְדָרְגָּשָׂא

עַנִּי אַבּוֹן יַעֲקֹב וְאָמַר לְהֻן דָלָמָא לְטֻעוֹתָא דְהִי תְּרָה

אָבִי דָאַבּוֹחַם פְלָח אַחָונִ פְלַחִין דָלָמָא לְטֻעוֹתָא דְהִוָּה

לְבָנִי אָחָוי דְאַמְּתָה פְלָח אַחָונִ פְלַחִין אוֹ לְאֱלֹהָה דַיְעָקָב אַחָונִ

פְלַחִין עַנִּי תְּרִי עַסֶּר שְׁבְטִיא כְּהָדָא בְּלֵב שְׁלִימָה וְאָמַר

שְׁמָעַ בְּעַנִּי יִשְׂרָאֵל אַבּוֹנִי יְאֵלָהָנָא יְחִידָה עַנִּי יַעֲקֹב וְאָמַר

Cum venisset finis Patris nostris

Ja-cobi, ut e mundo demigraret, vocavit 12 tribus, filios suos, &

eos circa lectum suum undique dispositus: Dixit Pater noster Ja-

cobus: Forte idola, que Terah pater Abrahami coluit, coletis, Forte

idola

H 3

idolaque Laban frater matris meæ coluit, coletis, aut Deum Jacobi colitis. Responderunt 12 tribus pariter corde perfecto, & dixerant. Audi nunc Israel, Dominus Deus Noster Deus Unus est. Respondit Jacobus & dixit. Sit nomen ejus magnum & benedictum in secula. Idem narrat R. Abram in Tzeror Hammor fol.

אמר יעקב לבני שמא יש בכם פיסולPTHACHO כלם 133.
ואמרו שמע ישראל כשם שאחہ אמרין בה אחד כד' בלבנו ה' אחד פחה יעקב ואמר ב'שכבים' ל' Dicit, Jacobus filius suis, an non foret inter eos profanum quid. At omnes pariter sic profati sunt: Audi Israel quemadmodum tu credis in Unum Deum ita & in animo nostro Deus Unus est. Tunc aperuit Jacobus os suum dixitque (verba illa compendiose scripta in textu ita resolvi debent)
(ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד Benedictum sit nomen gloriosum regni ejus in seculum sempiternum.

X.

X.
De Pharaone.

Pharaonis & Ægyptiorum meminit Mohammed, & constitutas ab iis Israëlitarum uxores, occisosque infantes, memorat.

واز نجيناكم من آل فرعون SURAT. II. 46.

كسمو موذكم سوا العذاب يذبحوا ابناءكم و يدمي ناجيون Quando liberavimus vos a populo Pharaonis, qui quererabat vobis malum pene, & mactabant filios vestros, & violabant uxores vestras. SURAT. VII. 124. 138. XIV. 6. XXVIII. 3.

ר' יוסי אמר R. Eliezer isadēm narrantur cap. XLVI 11. His
היו המצרים מטמאן את ישראל ואת נשים
Ægyptii polluerunt Israëlitas, eorumque uxores. Texuofutia narratur in
שםות רבא, ubi dicitur, datum hoc esse Pharaoni leproso a Magis consilium, ut mactatorum infantum Hebræorum sanguine fe lavaret.

XI.
De legis-
latione
Sinaitica.

In Legislatione Sinaitica scribit Mohammed, Deum elevasse
montem, & minatum esse Israëlitis, nisi Legem reciperent, omnes
lapsi

XI.

وَانْ أَخْزِنَا lapsu montis occidendos esse. SURAT. II. 60.

مِيَّاتا قُمْ وَرَفَعْنَا فَوْقَكُمْ الطُّور
pastum vestrum & extulimus supra vos montem. & SURAT. IV.

وَرَفَعْنَا فَوْقَهُمْ الطُّور جَمِيعَتَاقَهُمْ وَقَلَّنَا لَهُمْ ١٥٣.
أَدْخُلُوا الْبَاب سَجَداً وَقَلَّنَا لَهُمْ لَا تَعْدُوا فِي
الْمَسْبَتِ وَأَخْزِنَا مِنْهُمْ مِيَّاتا غَلِيلَةَا

Et extulimus super eos montem, in erection fæderis, & diximus; Intrate portam reverenter, & ne transgrediamini Sabbathum, & accepimus ab iis promissum durum. Confer surat. II. 87. & VII. 170. A Judæis hæc hausit; ita enim R. Schelomo Jarchi ad Exod. c. xix. ubi illa verba, בְּתַחְתֵּית הָר, ad infimum montis.

פִשׁוֹטו בְּרֶגֶלְיָה הָר וּבְמַרְשֵׁשָׁ שְׁנַתְלִישׁ הָר מִמְקֹומָו וּנְכֹפָה Fuxta sensum literalem est q. d. ad pedes montis, sed fuxta sensum mysticum, quod mons loco suo evulsus sit, & incurvatus super eos instar cupae vel dolii. Ad eundem textum

מִלְמָד שְׁנַתְלִישׁ hæc observantur in Falkut Hattorah fol. 80. col. 1.

הָר מִמְקֹומָו וּמִרְבּוֹ וּמִפְדוֹ תְחַת הָר סִנִי שָׁן וּחֲקִירָבוֹן Hinc apparet, montem loco suo eradicatione esse, & quod appropinquaverint (Israelite) & steterint infra montem, juxta id quod dicitur, (Deut. IV. 11.) & appropinquantes stabatis infra montem. Vide etiam R. Eliezerem in Capitulis, cap. XL.

XII.

De morte Mosis paria fabulantur cum Judæis Mohammedani. De Mose. Hi enim, uti in Dialogo Mohammedis & Abdalla videre est, rixas Mosis & Angeli mortis, difficultatemque eripiendi vitam Prophetæ, memorant. Scilicet, juxta Muslimorum sententiam, Angelus mortis veniebat ad interficiendum Mosen, quem cum cognovisset Moses, quæsivit ad quid venisset, respondit: Misericordia sum pro anima tua, cui Mosis: Qua putas eam eripere? Per os non poteris, quo locutus sum Deo; nec oculos, queis Deum vidi; nec aures, queis Deum audiri, nec per manus, queis Dei donum accepi

XII.

accepi; nec per pedes, quies Sinai contendit. Tunc abiit Angelus. Haud aliter Judæi. Ita legimus in *Historia de morte Mosis*, a Gaulminio edita, quæ Deum hoc modo ad Angelum mortis loquenter introducit

מִהְכָּן אֲתָה יָכֹל לַיְטוֹל נִשְׁמָתוֹ אֵם מִפְנֵיו וְנוּ
Quomodo ejus animam auferes?
An per faciem? Illa mihi in os locuta est, uti scriptum est: *Et locutus est Deus ad Mosen a facie ad faciem.* *An per manus?* Illæ legem acceperunt. *An per pedes?* hi caliginem, qua obdutus sum calcarunt, & ad me usque pervenerunt, juxta id quod scriptum est: *Et accessit Moses ad Caliginem in qua erat Deus.* *Nihil in omnia ejus membra potes.*

XIII. De Davide.

De Davide multa nugatur in Corano Mohammed, inter alia

SURAT. XXXIV. 10. neminit سَاجِعَانْ loriarum, quies usus sit David, uti munimento contra omne infortunium. Confer SURAT. XXI. 80. ubi in a Deo id edoctus esse dicitur. Non aliunde hæc derivanda esse quam a Judæis, monet Schikhardus in procemio *Taarich Regum Persicæ* pag. 53. Hi enim multa gariunt de כָּנָן דָוִיד, clypeo Davidis, cui inscripta fuerit figura duplicitis trianguli, sibi mutuo implexi, quæ hexagonum refert, cuius quatuor apicibus lateralibus nomen *Jehova* insculptum sit, & medio spatio vox אֱלֹהָי, quæ resoluta per modum Cabbalisticum, Notaricon, ita sonat אהָא נָבָר לְעוֹלָם אֶדְנִי *Tu fortis es in eternum, Domine.* Et hoc trahunt Rabbini phrasin Davidis, in Psalmis frequenter obviam; *Tu es scutum meum.*

XIV. De Salomon.

Salomonem cum Diabolis rem habuisse, & eorum opera usum scribit Mohammed SURAT. XXVII. 39. XXXIV. 12. XXXVIII. 12. ubi dicuntur Diaboli Salomonis Imperio fuisse subjecti, ut ad iussa ejus sub mari se demerserint & domos ædificaverint & piscinas aliaque opera fecerint. Confer SURAT. II. 96. & XXI. 81. ubi leges ad nutum Salomonis ventos in terram labi: & 82. وَمِن الشَّيْءَاتِ الْمُبِينَ

الشياطين من جهودهن له ودعهمون عمال دون
ذلك وكنا يوم حافظين *Et ex Diabolis sunt, qui in
eius gratiam mari se immergunt, & alia peragunt negotia, & nos
(Deus hic, uti passim in Alcorano, loqui fingitur) illas custo-
dimus. Idem Judæi narrant, quod exactius edocet Celeb. Schikharr-
dus loco citato. Flavius quoque Josephus meminit radicis medicæ,
cujus usum a Dæmonibus edocitus sit Salomo: & nonnullas incan-
tationum species Salomoni attribuunt Judæi. Denique vermicu-
lum יְמִיר, a Diabolis Salomoni traditum, ut vel durissimas pe-
tras nullo negotio confringeret, quis ignorat? Atque ita finem
hisce imponimus, quæ extendere singula studiorum A eademonico-
rum ratio non permittit. Quæ vero succisivis horis adnotatae huic
contulimus, benigno, velim, animo Lector interpretetur.*

S U F F I X A.

1. *Patres sub V. T. plenariam & perfectam habuerunt peccato-
rum remissionem.*
2. *Quare inutilis est ἀφέσεως & παρέσεως hac parte distinctio.*
3. *Christus uti Expromissor sub V. T. considerandus est.*
4. *Hinc, Patres non fuisse sub reatu, ira Dei, servitute, manife-
stum est.*
5. *In Epistolis Paulinis passim oppositionem inter vetus & N.
Testamentum institui falsum est, cum potius de causa ju-
sticie Apostolus agat.*
6. *Quin isthac methodo Theologorum argumenta contra justitia-
rios debilitantur.*

Ceterum,

*ANNEXA nuper ante meridiem defensa
nunc quoque tuebimur.*

DOCTISSIMO JUVENI
D. ADRIANO REELAND.
PHILOS. CANDID.

Cum de Consensu Mohammedanisimi & Judaismi disputaret.

يا ايهما صاحبها قد كنت في رشد
اظهرت من قولك ما اعجب البلد $\ddot{\wedge}$
يا ليت قصيدة ي من اوجب شاعر
ما كان ما كان في من مجلتك عن $\ddot{\wedge}$
ما كان الاسلام ما كلن اليهودية
علمت في عزتك المحمود ذي عمر $\ddot{\wedge}$
اليوم حركت ما قدر كان في الاول
مجبوه مقبور في استرالايد $\ddot{\wedge}$
البعض قد كدر في الاعيin الطافرة
والعقل شارب من ما من صند $\ddot{\wedge}$
ذبي في الكازن امي من هاشم
ما كان في صدرك ما كان من صند $\ddot{\wedge}$
زقوم قد كاذن يا ضال طعامك
وسربك بالساقع من عين لا درد $\ddot{\wedge}$
واذن يا صاحبها ما اكرم فضلك
ابيت من لعنة وكنت في صند $\ddot{\wedge}$

Amico suo cecinit

HENRICUS SIKE.